cogitauit. **J**ohan. xix. **N**ora
hic exemplū quod ponit au/
gustinus in libro de ciuitate

dei de quadam filia que nu/
triuu matrem incarceratam
prebens ei singulis diebus
vb̄era ad sugēdum propter
quam caritatem expectā de/
mum mater liberata est.

Honorare debemus pa/
rentes in nullo eos contristā/
do. nec eos in quantum pos/
sumus contristari finendo.
Nam licet esau esset malus
⁊ fratrem suum veller occi/
dere. tamē nolebat facere vi/
uente patre ne ipsum contri/
staret. sed dixit venient dies
luctus patris mei. ⁊ ego oc/
cidam iacob. **G**enesis. vice
simo septimo capitulo. **U**/
dens iudas contristationem
patris p̄ beniamin ad penaz
magnam se obtulit dicens.
Ego suscipio puerum d̄ ma/
nu mea require illum. nisi re/
dixerō eum ⁊ tradiderō tibi
ero peccati in te reus omni/
tempore. **G**enesis. quadra/
gesimo tercio. ⁊ quadragesi/
mo quarto capitulo. **U**idēs
autem ipse israhel q̄ iudas

nō patiebat eum tristari ac
quieuit verbis eius qui non
acquieuerat verbis ruben di-
centis Duos filios meos in-
terfice si nō reduxero eū tibi.
Gene. xliij. ⁊. xliij Cū ioseph
voluit retinere beniamin. ait
iudas. Nō possum redire ad
patrē meum absente puero.
ne calamitatis p̄is mei cau-
sa existam Gen. xliij. Tho-
bias iunior dixit angelo. scis
enim ip̄e quomā numerat di-
es pater meus. ⁊ si tardaue-
ro plus vna die tristabit pa-
tris anima. Thobie. ix.

Honorare debemus parē-
tes p̄pter fructum ꝑsequēdū
Nāz nulli precepto deus ad-
iunxit premium seruātibz.
⁊ penam nō seruātibz. nisi
tm̄ precepto de honore parē-
rum. Unde ait. Honora pa-
trem ⁊ matrē vt sis longeu⁹
sup̄ terram. Et sequit̄. Qui
autem maledixerit patri suo
aut matri morte moriāf. Ex-
odi. xx. ⁊ Deutero. v. Quia
sem ⁊ taphet prēm denuda-
tum honorauerūt Jdo eius

h̄neditōem acceperūt Ge-
nefis. ix. Benedictio autem
patris magne reputatōis e-
rat ante esau ⁊ iacob. cum ꝑ
ea taliter prederunt Gene.
xxvij. Quia cham patrē nō
honorauit sed derisit. idō ma-
ledictōem eius incurrit. Ge-
nef. ix. Ad ruben dixit iacob.
Nō crescas q̄z ascendisti cu-
bile patris tui Genef. xliij.

Honorare debemus pen-
tes vt durum diuinum iudi-
cium fugiamus ⁊ eius vltio-
nem quāz tam in presenti q̄z
in futuro parentes nō hono-
rantibus prepauit. precepit
enim dominus per moysen.
Si genuerit quisq̄z filiū con-
tumacem ac ꝑteruūm lapi-
dibus obruet eum omnis po-
pulus Deutero. xxi. Ab-
salon pessime persecutus est
dauid patrem suum. idō mor-
te pessima interemptus fuit.
ij. Regum. xv. ⁊. xvij Duo
filij sennachrib occiderūt cū
sed neuter eorum regnauit ꝑ
eo. iij. Regum. xix.

De humilitate.

Peritione di
uinoꝝ
Famulatōe
dominoꝝ
Subleuatōe
subditoꝝ.
Responsione
iurgioꝝ
Religiōe cle
ricozum
Humiliari
debemus in
Exaltatione
premioꝝ
Reputatōe
minimoꝝ.
Despectiōe
laudatoꝝ
Remissione
peccatoꝝ
Christi sum
pꝛione exem
ploꝝ
Humiliari debemus
deo in oratione lo
quendo hūiliter at
seruendo. sic abrahā deo hu
militer loquebat̄ dicens. lo
quar ad dñm meum cū sim
cinis ⁊ puluis. Gene. xvij.
Gedeon humiliter locutus

est angelo misso dicēs. fami
lia mea minima est. Iudicū
vj. **D**avid coram deo humi
liter se habuit qñ ante eius
archam ludens saltauit. ij.
Regū. vj. **N**athan venit ad
dauid ex parte dei. ⁊ dauid
humiliter se habuit ad deū.
ij. **R**eg. vij. **C**um dominus
pꝛter peccata dauid misisset
pestilentiam in populū dixit
dauid humiliter ad dominū
ego sum qui peccaui. ij. **R**e
gum. xxiij. **M**agna humili
tas fuit in magis qui proci
dētes adorauerunt puerum
in presepio. **M**atth. ij. **C**en
turio humiliādo se dixit do
mine non sum dignus ut in
tres sub tectum meum. **O**
banc humilitatem meruit sa
nationem pueri sui. **M**atth.
viiij. **M**ater filioꝝ zedei
precatura pro filijs suis ac
cessit humiliter et adorauit.
Matth. xx. **H**umiliari debet
homo temporalibz dominis
eis humiliter seruire ⁊ respō
dere ⁊ ideo dixit angelus ad
agar. reuertere ad dñam tuā

z humiliare sub manu ipsi?
Genesis. xvj. Mulaum hu
miliauit se dauid cōtra saul
dominum suum cum debuit
fieri gener eius dicēs Quis
ego suz aut quevira mea aut
cognatio patris meor fiam
gener regis. j. Regum. xvij
Similiter cum saul psequer
ret dauid. dauid multum se
humilians dixit. Quem pse
queris rex israhel quem pse
queris. canem mortuuz z pu
licem viuum tu persequeris
primi. Regum. xvij. Biphi
boseth iniqz accusatus a ser
uo pprio z iniuste exheredita
tus a dauid. tamen humili
ter loquebat. ij. Regū. xix.

Humiles debent esse pre
lati non se ambiciose prelatō
nibus ingerendo siue inhxē
to. sed humiliter pseruando.
Ideo moyses humiliter se
quinqz excusauit anteqz
veller ducatum populi acci
pere. ad vltimū volente domi
no accepit. Exodi. iij. Non
debent prelati totam prelatō
nem sibi superbe retinere. sed

alijs humiliter partem dare.
Ideo moyses licet ducatur
a domino haberet. tamen ro
gavit ioab vt secuz iret z du
ctor populi esset. Numeri. x.
Non debent prelati negocia
te suo capite z sensu facere.
sed humiliter requirere con
silia subditoz. Nam lig mo
yses sic familiariter loquere
tur cum deo. tamen p silum
ihetro pfulentis sibi fideliter
non desperit Exo. xvij. Qui
rum debent homines prelatō
nem respuere pater in gedeo
ne qui licet esset electus a deo
noluit tamen populo domia
ri dicens. Non dominabor.
nec dominabit filius meus i
vobis. sed dominabit vestri
dominus Iudicij. vij. Ad
debent velle prelati salutatio
nes hominū inferiorū nec eo
rum genuflectiōnes ante se su
stineret adorari vt deus Nā
cum petrus adoraret a corne
lio ait. Surge. qz ego homo
sum sicut z tu Actū. x. Si
militer fecerūt paulus z bar
nabas Actū decimoqzto.

i. j.

Humiliter debent hoies
cuilibet respōdere quia iuxta
sapientis sententiā. Tollis
respōsio frangit iram. sermo
durus suscitāt furorem. Nā
quia iacob loquebat̃ humi-
liter cum esau iram eius cō-
pescuit. Ge. xxxij. Valde hu-
militer n̄dit dauid ad saul
quādo debebat fieri gener ip-
sius. pri. Regum. xvij. Si
roboā humiliter respōdisset
nequaquā decem pres populi
p̄didisset. iij. Reg. xij. Prin-
ceps quinquagenarius ter-
cius non est cōsumptus ab
igne. quia humiliter loque-
batur. iij. Regum. primo.
Quia mulier chanaanica hu-
militer respondit verbis dñi
que aspera videbantur. affe-
rens se catellū d̄ micis mēse
domini saturari cupientem.
sanctatē filie impetrauit. ma-
thi. xv. Querenti domino a
petro an eum plus alijs dili-
geret. respōdit humiliter. do-
mine tu scis qz amo te. non
dixit amo te plus alijs. sed
simpliciter dixit. amo te. Jo-

han. xxj. Humiles debent
esse religiosi p̄e ceteris gen-
tibus exemplo primoz reli-
giosorum ⁊ heremitarum ve-
teris ⁊ noui testamenti vide-
licet helier iohānis baptiste
Debent itaqz religiosi humi-
liter de se sentire ⁊ se viles ⁊
humiles reputare. Sic dice-
bat iohannes. non sum dig-
nus vt soluam corrigiā cal-
ciamenti eius. Mar. j. ⁊ Jo-
han. j. Item debent de se hu-
militer loqui. sic dicebat io-
hannes. ego vox clamantis
in deserto. Johan. j. Debent
religiosi nō pomposē sed hu-
militer indui. quia qui mol-
libus vestimē in domibus
regū sunt. In cuius figura
iohannes erat veste indutus
de pilis cameloz. Math. iij.
Unde etiam angustinus in
regula dicit. Non sit norabi-
lis habitus vester. sup quo
verbo dicit Hugo de sancto
victore. Non enim pulchritu-
do vestis sed mundatio mē-
tis ornatū facit deatē. Ite
Grego. Si cultus vestium

subtilium peccatum nō esset
nequaqs dominus in sermo
ne tam vigilanter expressisset
dicens q̄ diues ille qui pur/
pura fuit indutus apud infe
ros torqueretur Luce. xvj.

De helia similiter dicit. vir
pilosus ⁊ zona pellicea accin
ctus rembus. iij. Regum. j
Item religiosi debent humi/
liter ⁊ nō laute pasci ne mut
mutare incipiāt in deserto re
ligionis cum filijs israhel di
centes. Utinam mortui esse
mus in terra egipti quando
sedebamus super ollas car/
mum. sed sint preti victu te
nui cum iohanne cuius cibo
erant locuste ⁊ mel siluestre.
Matth. ij. In cuius etiam fi
gura angelus helie solum pa
nem subcinericeū ⁊ aquā mi
nistrauit. iij. Regū. xix. Dñt
etiam humiliter victum que
rare nec ex superbia verecun/
dari vt mendicent. Ideo he
lias seruus dei a vidua sarep
tana bucellam panis humi/
liter postulauit. iij. Regum
xviij. Item debent humiliter

habitare. non in altis domi/
bus ⁊ excelsis palacijs. sed
in locis solitarijs ⁊ desertis.
Ideo Johannes habitabat
in deserto Luce tercio ca.

Humiliantes se domino
humiliter exaltantur. Juxta
sentētiā saluatoris dicētis
Qui se humiliat exaltabit.
⁊ qui se exaltat humiliabit.
Luce. xiiij. ⁊. xvij. capitulis
In cui⁹ figura saul qui que
rebat asinos. fuit a domino
super regnum israhel exalta/
tus primi Regum. ix. cap.
Ueniēs heliseus ad aquas
torzdamis. primo percussit a/
quas nihil dicens ⁊ non est
diuisa quia superbe agebat.
Secundo nomen domini in
uocabat humiliter ⁊ sic exal
tatus est quia spiritum helie
habuit duplicem. propheta
fuit ⁊ mirabilia facere indo
abat. quarti Regum secun/
do. Dispersi filij israhel hu/
miliauerunt se ⁊ fuerunt per
victoriam exaltati. Judith
decimoterccio ⁊ decimoquin/
to capitulis. Petro dicente

humiliter exi a me. qz homo peccator sum. i hoc officium apostolatus dominus sibi benigne comisit. Luc. v. Optima regulā hūilitatis ostēdit saluator dicens. cum inuitatus fueris ad nuptias recūbe in nouissimo loco. Luc. xiiij. Humiliari dicitur homo quāto maior est iuxta sententiam salomonis. Quāto maior es humilia te in omnibus. Ido lexter magna effecta tū semp humilitatem sectabatur et supbum deuicit amā. Hester iūq. Dauid licq. magnus et in regem vnctus. tū victu alia fratribus humiliter deferebat. j. Reg. xvij. Ppheta magnus hieremias ex utero vocatus ppheta dicebat. nescio loqui. Hieremie primo. Ioseph vir iustus et castus reputans se indignū virginis puigio. voluit eam occulte dimittere. Mathe. j. Iohānes cum propter eius sanctitatē crederet christus dicebat. nō sum dignus corrigiā calciamēti eius soluere

Jobā. j. Humiles debet esse homines qñ aliqua bōa faciūt vt non velint inde habere vanam gloriā vel ab hominibus collaudari. Nā xps publica sua miracula ostendere ac reuelare phibeat vt patet in leproso mundato. Mathe. viij. et duobus cecis illuminatis. Mathe. ix. Ite vno ceco. math. viij. Et surdo et muto sanato. Mat. viij et similiter de trāfiguratiōe. Mathe. xvij. Ad fugiendū iactantiā et vanam gloriā debōis que nos agimus et habendā humilitatē multū valet exemplum d' humili publicano et supbo phariseo. Luc. xvij. Petrus sanūs claudū non sibi tribuit miraculū sed deo. Act. iij. Humilitas meret indulgentiā peccatorum. Nā achab nequissimus audiens penam sibi debitam p peccatis humiliatus est et deus ei penā temperauit. iij. Reg. xxi. Ezechias humiliatus est idcirco ira dei nō venit super eum in diebus suis.

ij. Paralipo. xxix. Nabucho
dono sor humiliatus cogno-
uit statum suum. ⁊ ideo redu-
ctus est ad statum pristinum
Danielis. iij. Quia minui-
te humiliati sunt. ideo eorū ci-
uitas non est subuersa. Ione
iij. Magdalena quia pedes
xpi humiliter accessit pctōz
suoz veniam impetrauit. Lu-
ce. viij. Humilitatis exem-
plum debemus de christo sus-
cipere. In triplici ei statu suo
humilis fuit. s. in statu nati-
uitatis. vite ⁊ mortis. Hu-
milis fuit in natiuitate. quia
concepit voluit in ciuitate par-
ua. Unde dixit nathanael. Al-
nazareth poterit aliquid bo-
ni esse. Luce primo. Johan. j.
Item de humili virgine nas-
ci voluit. dixit enim mater ei-
us. Ecce ancilla domini. Itē
dixit. Respexit humilitatem
ancille sue. Luce. j. Item in
humili loco reclinatus. s. in
presepio. Luce. ij. De humi-
litate xpi q̄ humiliro dicit. hu-
militer docuit nunc obmitto
quia de hac plena sunt omni

⁊ euangelia. De morte autē
christi notandū est q̄ fuit hu-
milima. Caruit enim septe-
que superbi querunt. s. terre-
na affluentia. quia vestitu ex-
poliatus. mundana sapiētia
quia insipiens reputatus. po-
pulari fama. qz in carne vni-
neratus. inimicōz victoria.
quia corporaliter victus. ad
corum numerositate. quia a
discipulis derelictus. amico-
rum psolatōne. quia ab hys
qui amici esse debuerant acri-
ter est afflicus. Caruit etiā
omni consolatione. quia mi-
rabiliter cruci affixus. hec om-
nia patēt. Nath. xxvj. Marc-
ci. xiiij. ⁊. xv. Luce. xxij. ⁊. xx-
iij. Johanms. xvij. ⁊. xix.
Quō autem deus omnipo-
tens christus ihesus saluator
noster suam deitatem absco-
dit sub humilitate. patet ex
hoc. put pulchre effrem dedu-
cit in quodā sermone de chri-
sti transfiguratione. vbi chri-
stum deum ⁊ hominem dicit
sic dicens. Si non erat deus
gabriel quem deum vocauit.
i. ij.

Si nō erat homo maria quē
in vētre gestabat. Si nō erat
deus. iohannes cui in utero
exultauit. Si nō erat homo.
quis i presepio iacebat. Si
nō erat deus. angeli quē glo
rificabāt. Si non erat homo
maria quē lactabat. Si non
erat deus magi quem adora
bant. Si nō erat hō. ioseph
quem circūcidebat. Si non
erat deus. colūba quem pre
stabat. Si nō erat hō. iohā
nes quē baptizabat. Si nō
erat deus. quis peccata rela
rabat. Si non erat hō. in de
serto quis esuriebat. Si nō
erat deus. mare ⁊ venti cui obe
diebāt. Si nō erat homo in
naui quis dormiebat. Si nō
erat deus mortuos quis su
scitabat Si nō erat homo in
cena quē edebat. Si nō erat
deus latroni regnū quis p/
mittebat. Si nō erat homo.
in cruce quis pendebat. Si
nō erat deus sol lucem ppter
quē shinebat Si nō erat hō
in sepulcro quis iacebat. Si
nō erat deus die tertia quis

resurgebat. Si nōn erat hō
thomas quē palpabat. Si
non erat deus in celum quō
ascendebat. Pater ḡ q̄ xp̄s
est deus ⁊ homo ex substantia
patris ante secula natus oīa
implēs oīa prinēs equalis
p omnia patri in substantia.
et ipso ⁊ cū ipso sp̄ eternus.
Itaq; in se suscepit humanā
naturā creator ac dñs om̄i
creaturarū ⁊ suam gloriosissi
mam deitatē velauit ac hūili
auit suā humilitatē dās no
bis exemplū vt ita faciamus
vt cum eo eternaliter viuere
atq; regnare valeam⁹. amē.

De iactātia ⁊ gloriātōne

Illios despi
cere detrahen
do.

**Iactatores
p̄sueuerunt**

Sp̄s se p̄fi
cere extollēdo
Deū ab̄dicere
obloquendo.
In factis de
ficere obrinē
do

Actatores alioꝝ fa-
ctar ꝑsonas despici-
unt. ⁊ seipſos extol-
lūt Sic dicebat gaal Quis
est abimelech ⁊ quis est sich-
emꝛt ſeruias ei. vtrā daret
aliquis populū iſtū ſub
manu mea. quaſi dicerꝫ ego
magna facerem. Iudicū. ix.
Grandia verba dixit rapſa-
tēs ex parte regis aſſiriorꝫ.
deſpiciens regem iuda ⁊ re-
gem egypti ⁊ extollens domi-
num ſuꝫ ⁊ ſeipſum. iij. Re-
gum. xvij. Contra iactātes
ſe ⁊ ceteros ſpernētes pom-
philiſtus parabolam de pub-
licano ⁊ phariſeo Luce. xviij
Deſpiciebant phariſei cecū
natꝫ dicentes. In peccatis
conceptus es totus ⁊ natus
⁊ tu doces nos Iohānis. ix
Arroganter dixit pilatus ihe-
ſu. Neſcis quia poteſtatē ha-
beo dimittere te ⁊ crucifigere
te Iohannis. xix. Iacta-
tores pompariter ex ſupbia
magna loquunt. ſed homo
ſapiens de quibꝫ iactari poſ-
ſet tacet, Sic ſampſon iner-

mis leonem interfecit. nec ta-
men hoc patri indicauit Iu-
dicum. xiiij. Stultum eſt ſe
iactare de futuris ꝑtingenti-
bus. Nam adomias eleuaba-
tur dicens Ego regnabo. qđ
ſic non euenit. iij. Regum. i.
Unde dicit etiā philoſophꝫ
De futuris ꝑtingentibus non
eſt determinata veritas. He-
nadab rex ſyrie pompoſe lo-
cutus eſt regi iſrahel ꝑ nū-
cios ſuos. cui tamen poſtea
male ſucceſſit. iij. Regꝫ. x.
Aman pompoſe iactabat ſe.
ꝫ ſolus cum regina ꝑrande-
ret. qui in breui poſt hoc fuit
ſuſpendio adiudicatus De
ſter. iij. v. ⁊. vij. capitulis.
Nabuchodonozor in aula de
ambulans dicebat cum ſup-
bia. Nonne hec eſt babilon
magna quam ego edificauit
in domꝫ regni in robore for-
titudinis mee ⁊ in gloria de-
coris mei. qui poſtea fuit in
beſtiam mutatus Danielis
quarto capitulo. Quantum
cunqꝫ humiliant ſuperbi. ad
buc tñ iactare ſe non deſinūt

fic antiochus turpiter fatiga-
tus adhuc tamen iactare se
non desinit. ij. Machabe. v.

Iactatores non solum se
extolunt supra homines sed
etiam supra deum. Jō dicit
de nabuchodonosor rege qui
dicebat in corde suo. in celū
ascendam supra astra exalta-
bo solum meum. sed postea
turpiter et p̄ se cecidit. Jsa.
xliij. Nabuchodonosor dixit
dameli et socijs eius. quis ē
deus qui eripiat vos d̄ māu
mea. Dani. iij. Dicentibus
iudeis. est deus potens in ce-
lo qui iussit celebrari sabba-
rum. t̄dit nycanor. Et ego
potēs in terra qui impero su-
mi arma. ij. Machabeo. xv.
Qui se sic iactant sp̄ menti-
unt et imitant̄ dyabolū qui
se iactabat plura dare cristo
que nō erant sua dicens. hec
oīa tibi dabo si cadens ado-
raueris me. Marci. iij. alas
Nath. iij. secūdū vero Lu-
cam sic iactavit se dicēs. hec
mibi tradita sunt et cui volo
trado illa. Luc. iij. Iacta

tores multa dicunt et pauca
faciunt. imo vt plurimū con-
funduntur et deficiunt. iuxta
illud poet̄icū. Sepe minus
faciunt homines qui magna
loquūtur. Sic goliath alios
inuitabat ad singulare certa-
men qui fuit postea a patuo
superatus. j. Regum. xvij.
Holofernes iactabat se cor-
ram achior q̄ ipsum occide-
ret et filios israhel superaret.
qui postea fuit a femia inter-
fectus. Judicum. vij. Serō
iactabat se dicēs. faciā mihi
nomen et expugnabo iudeā.
s; ipse fuit postea debellatus
j. Machabe. iij. Demetrius
superba verba misit ionathē.
sed sibi cito male successit. j.
Machabeorum. decimo ca.
Nycanor iactavit se dare p̄
vno talento argēti nonagin-
ta mancipia iudeorū. secūdi
Machabe. viij. Petrus iac-
tanter se obtulit cum domo
morti qui ad vocē femine ip-
sum negavit. Math. xxvj.

De ydolatria.

Idolatrate
facit hoies

Limeditas ⁊
absentia prela
torum

Calliditas et
adherentia las
ciuorum

Malignitas
⁊ cōplacencia
fociorum

Lumiditas ⁊
excellencia su
perboꝝ.

Iniquitas et
conscientia re
proboꝝum

Idolatrate facit ho
mies aliqñ absen
tia prelatorꝝ. Nam

videns populus q̄ morā fe
cerat moyses in monte cū do
mino nec esset cum eis dire
runt ad aaron Surge fac no
bis deos qui precedant nos
Qui pusillānis fecit eis vi
tulum p̄lanicm quē ipsi ado
rare ceperunt **E**rodi .xxxiij.

Josue mortuo filij israhel fe
cerunt malum in p̄spectu do
mini ⁊ deseruerūt deum patꝝ
suorum. ⁊ ydolis seruiuerunt.

Judicum .ij. **I**dolatrate
facit homines luxuria ⁊ inor
dinata concupiscentia mulie
rum. Nam fornicatus est po
pulus israhel cū filiabus mo
ab que vocauerunt eos ad sa
crificia sua. ⁊ illi adorauerūt
ydola sua **N**umeri .xxv. **C**ū
esset senex salomon de p̄aua
tum ē cor eius per mulieres
vt sequeretur deos alienos.
nec erat perfectum cor eius a
pud deum .iiij. **R**egum .xj

Idolatrate facit homines
mala societates vel malum ex
emplum quod videretur ab al
ijs qui male egerunt. Non
enim sufficit achab regi isra
hel vt ambularet in peccatis
ihroboam sed insuper serui
uit baal ⁊ adorauit eum .iiij.
Regum .xviij. **A**cham alias
achim rex iuda ambulauit i
vjs regum iuda. insuper ⁊ fi
lium eius consecrauit trans
ferens per ignem .iiij. **R**egum
xviij. **T**ranslati filij israhel in
assirios coluerunt deos alie
nos ⁊ ambulauerūt iuxta rit
um gentiū .iiij. **R**e .xviij.

Idolatraré facit homines
 supbia corꝝ. quia se reputát
 equales ⁊ maiores do. sic ho
 losemes iratus cōtra achior
 qui p̄mendabat potentiã dei
 hebreoz dixit se esse ostēsurū
 q̄ nō eēt deus nisi nabuchod
 donosor rex vt omnes deos
 terre exterminaret sq̄ vt ipse
 deus solus nominaret ⁊ di
 ceret. **Judith. vi.** **Dari⁹** rex
 persaz p̄cepit q̄ nullus pe
 teret aliquid ab aliquo deo
 infra triginta dies nisi ab ipso
 dario tanq̄ se sicut deum po
 tentem ostēderet. **Dani. vi.**
Nabuchodonosor fecit sta
 tuam auream ⁊ p̄cepit su
 p̄be vt oēs gentes adoraret
 eã. **Danie. iij.** **I**dolatraré
 facit homines malicia pp̄ria
 ⁊ pueritas animi. sic hicro
 boam excogitato p̄filio fecit
 duos vitulos aureos ado
 rari p̄ deo. **iij. Reg. xij.** **E**di
 ficauerūt viri iuda aras ⁊ sta
 ruas sup colles ⁊ subter ar
 bores. **iij. Reg. xiiij.** **C**onfu
 sus sennacherib reuersus est
 in niniuē. ⁊ cum adoraret in

templo dei sui duo filij eius
 occiderunt eum. **iiij. Re. xix.**
Nanasses rex iuda fecit a
 ras baal ⁊ adorauit omnem
 militiã celi. **ij. Paral. xxiiij.**
Babiloni prius adorantes
 bel. postea adorauerūt draco
 nē. **Dani. xiiij.** **Antiochus**
 iussit edificare aras ⁊ idola ⁊
 limolari carnes suillas. **primi**
Maccha. j. **Manente paulo**
 athenis incitabatur videns
 idolatraré torã ciuitatem. in
 qua monet quilibz dolere d
 iniuria dei. **Act. xvij.**

**De impatientia ⁊ mur
 mure.**

Subiacentes
 correptionibz
 dominoꝝ
Seuientes
 crapularõibz
Impatiētes
 ⁊ murmurā
 tes sunt
Subiacentes
 correptionibz
 dominoꝝ
Seuientes
 crapularõibz
Impatiētes
 ⁊ murmurā
 tes sunt
Subiacentes
 correptionibz
 dominoꝝ
Seuientes
 crapularõibz
Impatiētes
 ⁊ murmurā
 tes sunt

Impatiētes
 ⁊ murmurā
 tes sunt

Subiacentes
 correptionibz
 dominoꝝ
Seuientes
 crapularõibz
Impatiētes
 ⁊ murmurā
 tes sunt
Subiacentes
 correptionibz
 dominoꝝ
Seuientes
 crapularõibz
Impatiētes
 ⁊ murmurā
 tes sunt

Impatien-
tes ⁊ mur-
murātes sūt

Mescientes in
instructōibz
peritorum
Extollētes se
in aduuentio
nibz sublimo-
rum

Impatientes ⁊ mur-
murantes sunt serui
⁊ subditi ad correptiones
⁊ verba dominorū ⁊ ali-
quando prelatorū. Sic agar
non ferens correptionem dñe
sue que affligebat eam ppter
supbiam eius recessit impa-
tiens sed ammōitōe angeli
reuerſa est Gene. xvj. Pres-
positi filiorū israhel dixerunt
moysi. Iudicet dñs inter te
⁊ nos Exodi. v. Filij israhel
impatientes ⁊ yronice dixe-
runt moysi Forsitan nō erāt
sepulchra in egipto Exo. xii
ij. Videns populus q̄ moy-
ses moraret̄ in monte cū do-
mino filij israhel impatiētes
dixerunt ad aarō Fac nobis
deos qui precedant nos Ex-
odi. xxxij. Ancilla sare impa-
tenter ferens increpatōz dñe

sue rñdit. amplius ex te nō vi-
deamus filiū interfectrix vi-
roz uoz Th. ij. Impa-
tientes ⁊ murmurantes sunt
hoies gulosi nō volentes pari
aliquē defectū esce aut potus
Nā impatiens pplus israhel
murmurauit ppter defectum
potus Exod. xv. Murmura-
uerūt postea tanq̄ impatien-
tes ppter escā ⁊ grauitē puī-
ti sunt Exo. xvj. Gulosi mī-
ta murmurare nō desinūt. sic
filij isrl̄ inhentes manna nō erāt
p̄tenti sed adhuc murmura-
bant Exo. xvj. Recordat̄
banē filij isrl̄ carniū in egipt̄
to. h̄ de miseria ⁊ seruitute in
q̄ fuerant nō faciebāt aliquā
mētionē Exo. xvj. Propter
defectū potus itez murmura-
uerūt filij isrl̄ Exo. xvij. Im-
patiētes ⁊ murmurātes sunt
hoies inuidi de alioz felicitate
qđ dño multum displicet
Nā ppter murmuratōnem
quā fecerunt chore dathan ⁊
abyron dñ derūt viui in infer-
nū Nāe. xvj. ⁊ p̄ altera die
itez murmurauerūt. ⁊ ignis

multos p̄sumpsit. **Nūe. xvj.**
Discumbente ihesu in domo
pharisei inuidi murmurare
ceperunt q̄ cum peccatoribz
manducaret. **Matth. ix.** Si
militer cū diuertisset ad za
cheū. **Luc. xix.** **Fr̄e Luc. xv.**
De publicanis ⁊ peccatori
bus operarij murmurauerūt
aduersus patrēfamilias. qz
largus fuerat. Matth. xx.
Pr̄ncipes sacerdotū audiē
tes pueros cantātes Osan
na in excelsis. indignati sunt
Luce. xix. Frater filij pdigi
inuidens festo fratris sui in
dignat⁹ molebat intrare. **Lu.**
ij. Impatientes sunt ho
mines iracundi qui nesciunt
aliquid patienter pati. ⁊ hoc
aliqñ in damnū suū. sic achi
tosel videns p̄siliū suū disti
patum esse ita indignatus ē
q̄ laqueo se suspēdit. **ij.** **Re**
gum. xvj. Quia roboā dure
locutus fuit filijs isrl̄ decem
tribz indignate recesserūt ab
eo. **ij.** **Reg. xij.** Greci qz vi
deban viduas suas in quo
tidiano misterio despici irati

aduersus hebreos murmu
rare ceperūt. **Act. vj.** Im
patientes sunt aliquādo mlti
quando instruunt ⁊ veritas
eis manifestat quia habētes
oculos obtenebratos illumi
nari recusant. sic vxor thobie
cū eam thobias furti ausa
ret. impatienter r̄dit. **Lob**
bi. ij. Disputantes maxime
qñ supant ab ostendente ve
ritatē. turbant ⁊ impatientes
sunt. sic elphas cōductus a
iob multa signa impatientie
oñdit. **Job.** vicefimosecūdo
Quia eleazarus instruebat
in veritate qui eum ducebāt
in ira p̄ueri sunt. **ij.** **Matth.**
vj. Pharisei audiētes cecū
illuminarum disputantem ⁊
conuincentem eos maledixe
runt ei **Johan. ix.** Audiētes
pharisei verba sancti stepha
ni dissecabātur cordibz suis
Actuum. xvj. Impatien
tes sunt homines supbi qui
audire nequeunt verba que
eorum excellentie opponunt
nam cū cessasset loqui achi
oz. holofemes impatienter

tulit Judith. v. r. vi. Sic fu
 it impariens superbus amā
 quia mardocheus euz parvū
 reputāus ⁊ omnem gloriam
 eius mortem ⁊ alioꝝ iudeoꝝ
 nequiter pcuravit. sed foueā
 quam fecerat alijs per se euz
 suis alijs incidit Hester. iij.
 Nabuchodonosor audiēs q̄
 tres pueri statuam quam su
 perbe exerebat adorare nolue
 runt in ira ⁊ furore precepit
 eos mitti in fornacem arden
 tem Danie. iij. Herodes rex
 audiens christum natum. ti
 mens priuatōem regni ppter
 superbiam suam mittens oc
 cidit omnes pueros qui erāt
 in bethleem ⁊ in omnibꝫ fini
 bus eius Mathei. ij.

**De ingratitude benefi
 ciorum.**

**Ingratus
 est homo**

**De beneficijs
 largienti
 P̄ijs seruiti/
 is reluctanti
 De precipiti
 is eruenti
 Ex itinō cor/
 de diligenti**

Ingrati sunt homi
 nes deo sua benefici
 a obliuioni tradendū
 do. nec de ipsis grates referē
 do. Sic filij israhel educti ex
 egipto ⁊ de seruitute p̄haraō
 nis fecerunt vitulum aureū
 adorantes eum oblitū omni
 um beneficiorum dei. Exodi
 xxxij. Reprehendit angelus
 iudeos ingratos de benefici
 is dei ipsis collatis Judicū
 ij. Cito oblitū sunt beneficio
 rum dei filij israhel qui ve se
 bantur manna ⁊ murmura
 bant Numeri vñdecio Sub
 limanit deus iheroboam su
 per decem tribus. ⁊ ille auer
 tit populū a cultura dei. iij
 Regum. xij Ingrati sunt
 homines aliquando seruien
 ribus eis fideliter in quocū
 q̄ seruitio siue ore instruē
 do. siue opere seruiendo. Sic
 ingratus fuit p̄ncerna pha
 raōnis Joseph. qui succedē
 ribus prosperis oblitus ē in
 terptis sui Gen. quadragesi
 mo. Laban decies immura
 uit mercedem iacob fideliter

ei seruienti. Gen. xxxj. Mul
ta seruicia accepit saul a dō
et tamē sepius intēbat eum
occidere. j. Regum. xvij. et
in pluribus sequētibus Galde
ingratus fuit dō vrie fideli
militi cui litteras sue mortis
tradidit. secūdi. Regum. xj.

Ingratus ē homo aliqui
liberanti eum de magno peri
culo. taliter liberati sepius mi
tuntur destruere liberantem.
vnde merissa. Hostē semp
erit aliū qui de cruce demit
Nam dauid saluauit et libe
rauit habitatores ceyle. qui
postea eū in manus saul que
rentis eum tradere voluerūt
j. Regum. xxvj. Postq̄ da
uid peperit ab salon fratrici
dium et liberauit eum de eri
lio ipse eum postea grauiter
psecutus est. ij. Regum. xv
et aliquibus sequētibus. Si
fit ionathas viros vt libera
rent demetriuz. qui tñ postea
alienatus ab eo veratus est.
ij. Macha. xj. Dominus vi
nee peperit psequentiū ser
uos. qui tamen postea eius

filium occiderunt. Mathei.
xxj. Decem leprosos mūda
tis a domino ihesu. nouē fu
erunt ingrati deo. Luc. xvj.
Questores ingrati de libera
tōne puella a demone paulū
postea persecuti sunt. Actū
xvj. Ingratus est aliqui
homo amicis honorantibus
eum et puro corde diligenti
bus. eis vel hereditibus eorū
retribuendo contrarium. sic
filij amon p honore accepto
a seruis dauid ab eo psona
liter ad eos destinatis p ho
nore vituperium reddiderūt
secūdi. Regum. decimo ca.
Galde ingratus fuit dauid
amicicie ionathe quando fi
lium suum miphiboseth in
iuste exhereditauit. ij. Regū
xvj. Nō est recordatus ioab
rex misericordie et amicicie
quam fecerat ei ioiadas sa
cerdos quādo zachariam fi
liū ioiade interfecit. secūdi
Para. xxiiij. Heliseus mul
tum honorauit filios israhel
et regē et tñ iussit eum rex de
capitari. iij. Reg. vj.

De inimicitia et odio

Iniquitate acquiratur procedente.

Cupiditate inquiritur apparente.

Malignitate perquiritur invidente.

Carnalitate exquiritur invidente.

Autoritate percipitur arguente cuius pietate pacificante

Inimicitia et odium

Inimicitias permittit deus fieri propter peccatum. Est enim peccatum causa inimicitiarum. Unde aurelius. Peccatum est deformitas quam deus detestatur. iniquitas quam demon ampliat. infirmitas qua totus mundus dissipatur. In cuius signum statim post peccatum primorum parentum posuit deus inimicitias inter serpentem et mu-

lierem et inter utriusque semen. Gene. iii. Tres inimicos suscitavit deus salomoni propter peccatum. scilicet filium helyade. adad. et ihaxroboam. iij. Re. xj. Cum filius israel peccaret et faceret malum coram domino. insurrexerunt inimici eorum. Judith. ij. alias Judicum. xij. Iudeis peccantibus holofernes obsedit eos. sed penitentibus eis liberati sunt. Judith pro totum occasione peccati dyabolus dicitur inimicus noster. Ipse enim est inimicus quem odio habere debemus. qui dormientibus hominibus supersemavit iram. Mathei. xij.

Inimicitie multe ex cupiditate rebus temporalium oruntur. Nam inter pastores abrahe et loth facte sunt inimicitie propter substantiam. Gene. xij. Fixati sunt pastores gerare cum pastoribus ysaac quia locupletatus erat. Gene. xxvj. Oderat esau iacob propter hereditatem et dicebat. veniet dies luctus patris mei et interficiam eum. Ge. xxvij.

Inimicitia et odiū aliqñ
oritur ex inuidia. Nam viden-
tes fratres ioseph q̄ a patre
cunctis plus fratribz ama-
retur oderant eū nec poterāt
ei quicq̄ pacifice loqui. Ge-
nes. xxxvij. Egyptij oderant
filios israel qz creuerant et
multiplicati sunt ⁊ affligebāt
eos. Exo. j. Videns saul q̄
dauid prudenter ageret ⁊ po-
pulus eū diligeret ⁊ factus
ē eius inimicus. j. Re. xvij

Inimicitia magna fit p̄-
pter luxuriam. nam deflorata
dina facta est inimicitia ma-
gna inter filios iacob ⁊ siche-
Gen. xxxij. Studebat apud
sampsonez lachrymas vxor
eius dicens. odisti me ⁊ p̄-
pter eaz ablatam sibi factus
est inimicus omnibus philis-
teis Iudicum. xv. Iudicio
dei fit vt post carnalē amorē
sequitur odium vt patet in
ainō ⁊ thamar eiecta. ij. Re-
gum. xij. Inimicitias et
odiū portant aliqñ hoīes ma-
li reprehendentibz eos ⁊ eis
loquentibz veritatem. Nam

cum helias argueret achab
pro iniqua occasione naboth
dixit achab nūc inuenisti me
inimicū tuum. ij. Reg. xj.
Dixit achab ad iosaphat de
michea ppheta. Ego odi euz
quia non pphetisat mihi nisi
malum licet diceret veritatē
ij. Regum. xxij. De hac ma-
teria require multa in capi-
tulo de veritate. Inimici-
cias dō homo fugere ⁊ q̄ntū
potest inimicos pacificare et
vt pacem cito inueniat non
nimis offendere. nam ieste
pacificatus est cū galaditis
qui expulerant eum ⁊ p̄ eis
pugnauit. Iudicum. xj. Co-
gnouit symon q̄ triplon in
dolo peteret argentum ⁊ pue-
ros. iussit tandē dari ne ini-
micitia magna in populo fie-
ret. j. Machabeoz. xxij. Re-
prehendendi sunt qui p̄pter
bonas causas non faciūt pa-
cem inter inimicos cū p̄pter
mortem illis facti sunt ami-
ci herodes ⁊ pilatus qui an-
tea erant inimici adinuicem
Luce vice simo tercio capit.

Inimicis deuictis diuina non humana uirtute deo gratie reddende sunt In cuius figura ihou rex em arh audiens q̄ dauid expugnasset adadezer inimicum suuz misit ad eum filium suuz. ⁊ gratias ei egit .j. Paralip̄. xvij
 Imputato capite holofermis dixit iudith Laudate dominum deum nostrum qui interfecit in manu mea hostem populi sui. Iudith. xij. Submersis egyptijs dixit moyses Cantemus domino gloriose Exodi. xv. Ragucl ⁊ anna laudauerunt deum. qui exclusit ab eis inimicum uerantem. Iob. vij. De hac materia plura inuenies in capitulo de discordia. supra

De intentione recta

Facit externi nati quid fuerit.

Opus acceptari si defuerit
 Habz occultare si latuerit
 Requirit iudic

Intentio

in opere

care quō uoluerit.

Debet regulari que meruerit.

Intentio imponit finem operi. Opus ei de se non iudicatur.

Amvna ⁊ eadē operatio facta diuersa intentōe sortitur uicium ⁊ uirtutem. Unde cayn occidit abel ⁊ peccauit. qz ex inuidia fecit ⁊ malam intentionem habuit Gen. iij. Dauid interfecit goliath. et meruit. qz ex iusticia ⁊ ut populum defenderet fecit. j. Regum. xvij. Abrahā ⁊ sara uiserunt ambo in pmissiōe filij ⁊ uisus Abrahę fuit uirtuosus. quia processit ex leticia uisus uero sare repręhensibilis. qz ex incredulitate Gen. xvij. ⁊ xvij. Pharao dixit. peccauit. Exo. ix. Judas etiā dixit peccauit. nec tamen ueniam meruerit. qz erat intentio eorum deprauata Mat. xxvij. Non solum autem idem opus a diuersis intentōibus. h. j.

est virtus et viciū. sed factū
ab eodē. nam moyses quasi
eadem verba dixit. educens
a quas de petra. primo meru
it. Exo. xvij. secundo culpaz
incurrit. **Mūe. xx.** Multipli
ces intentōes habebāt turbe
insequendo christum. **Nam**
quidam sequebant eum vt
nequiter eum reprehenderēt
et hi grauiter peccauerūt **Luce. xiiij.** Quidam vt de pani
bus eius saturarēt. et hi nec
merebantur nec peccabant. et
similiter illi qui sequebātur
vt a languoribus curarent.
de vtroq; dicit. **Iohan. vj.**
Alij vt a languoribus sana
rentur. **Luce. vj.** Alij vt au
dirēt verba eius vt inde edi
ficarētur. et illi multipliciter
meruerunt. **Luce. xj.** Itē za
cheus q̄rebat videre ihesum
et ex hoc meruit **Luce. decimo**
nono. Herodes multo tpe
desiderabat videre ihesum et
ex hoc tenuit. **Luce. xxiij.**
Hoc etiam facit varietas in
tentionum. Intentio et volū
tas reputant p̄ facto si possi

bilitas affuerit opandi. **Nā**
cōmendauit dominus bonā
voluntatem dauid de edifi
catione templi. licet ipse no
luerit q̄ edificaret per eum.
ij. Regum. vij. Herodis in
tento quando occidit pue
ros fuit vt christum occide
ret licet non potuit. adhuc ta
mē verus christicida erat nā
ita peccauit ac si christum oc
cidisset. **Mathi. secūdo ca.**
Sine causa non dixit ihesus
Qui viderit mulierē ad cō
cupiscendū eam iam mecha
rus est in corde suo. **Math.**
quinto capi. Intentio ce
latur ab opere. non opus ab
intentione. **Nam** dauid mi
sit ad vnam vt veniret et re
quiesceret non propter eius
quietem sed vt peccatum su
um occultaret. **ij. Regum. xj.**
Ornauit se iudith vt solent
se ornare meretrices. sed illa
ornatio non fuit ex libidine.
sed ex maxima virtute latēte
et vt patriam defenderet. **Iu
dith. decimo capi.** Herodis
intētio erat christū occidere.

Sed tamen adhuc sub adora-
tionis pallio abscondit Ma-
thxi. ij. capitulo. Intentio
hominis in hijs que aguntur
ab eo. nec debet nec potest de
facili iudicari utruq; sit bona
vel mala maxime in ambigui-
s. Ideo debet homo semper
opus in bonam partem et me-
liorem viam interpretari. nā
filijs ruben. gad et dimidia tri-
bus manasses edificauerunt
altare ad bonam intentionem
quam filij israel in oppositū
puerterunt Josu. xxij. Quia
mardocheus nō adorabat a-
man. credebat mardocheum
hoc facere ex despectu. sed nō
ex despectu pcessit. sed quia
creature nolebat facere reue-
rentiam creatoris Hester. iij.
Prohibebat dominus duo-
bus cecis illuminari ab eo
ne cui hoc dicerēt. Et illi dis-
famabant eum in tota terra.
nec tamē arguuntur fore tras-
gressores Mathxi. ix. capi.

Intentionem habendi in
operibus regulam dedit chri-
stus. quam scilicet intentio

neq; homo habere debet vel bo-
na faciēdo vel mala sustineri-
do. que omnia debent referri
intentionaliter in ipsum di-
cens Beati eritis cum vos o-
derint homines. et cum male
dixerint vobis propter nomē
meū gaudete et exultate Ma-
thxi. v. Luce. vi. Similis re-
gula habetur cum dicitur Qui
dederit potū vni ex minimis
istius calicem aque frigide tā-
tum in nomē discipuli. Al-
men dico vobis nō pder mer-
cedem suam Mathxi. x. Itē
omnis qui reliquerit domū
vel agrum etc. Mathxi. xix. |
Elemosinam dare. ieiunare
orare precepit dominus fieri
nō intentione placendi ho-
minibus sed intentione placē-
di deo qui in abscondito vi-
det. et in abscondito manens
iuxta intentionem remunerat
quemlibet Mathxi quinto et
ferto capitulo.

De inuidia et enu-
latione.

Doloribus
mortis occa-
sionem
Summis ho-
noibus mino-
rationem
Detractori-
bus oblocuti-
onem
Sapientibus
sumulatōnē
Inuidia et
emulatio dat **Propinqui-**
oribus nō por-
tionem
Melioribus
impeditiōnē.
Dei cultori-
bus lesionez.
et cetera

Inuidia occasio est
spiritualis et corpo-
ralis mortis. Nam
prout scribit Sap. ij. Inui-
dia diaboli mors intrauit in
orbem terrarū. quia vidēs di-
abolus hominem eē in statu
felicitatis ad illum locum posse
ascendere vñd ipse ceciderat
voluit. et iō temptauit et yicit

et sic homo vtriusq; mortis
sententiam incurrit. Gen. iij.
Cayn motus inuidia abel fra-
trēm suum occidit. quia eius
munera et non sua dominus
resperit Ge. iij. De hac ma-
teria quere plura in capitulo
de homicidio. Inuidetur
ab inuidis qui in honoibus et
diuitijs positi vidētur. nam
quia dñs benedixerat ysaac
et multiplicatus ē. ob hoc in-
uidebant ei palestini. Genes
xxvj. Propter honorem da-
uid quē dabant ei mulieres
psallentes de pcussione phi-
listinorum dicētes. Saul p-
cussit mille et dauid decē mi-
lia. inuidere cepit saul et pse-
quebatur eum. j. Reg. xvij
Et dantes satrape et princi-
pes regis q; daniel supabat
eos in sapientia inuidebāt ei
querentes contra eum occa-
sionem. Danic. vj. Princi-
pes sacerdotum audientes a
pueris clamantibus. O san-
na in excelsis. indignati sunt
Mathei. vice simo primo ca.
Luce decimonono capitulo.

Audiētes pharisei lazarum
suscitatum ⁊ turbam sequen-
tem christum inuidētes con-
siliū collegerūt. Iohānis
xj. Inuidētes nō valētes
aliquid facere murmurant ⁊
detrahunt ad modū canis la-
trantis. Sic alchimus pro-
ditor iudeꝝ michanor coram
rege ex inuidia detrahebat .ij.
Nabatheor. xiiij. De hac
materia quere plura capitū-
lo de detractōne Inuiden-
tur sapientibꝝ ⁊ bōna docen-
tibus ab hīs qui nesciunt ⁊
discere nolunt. Nam achito-
fel qꝫ chusi ꝑ filium ꝑreua-
ret doctrine ⁊ ꝑ filio suo inui-
dia stimulatus laqueo se sus-
pendit. ij. Regum. xvij. Pe-
tro ⁊ iohanne loquentibꝝ ad
populum sacerdotes dolebāt
qꝫ instrueret populum Actū-
um. iij. Audiētes pharisei
vba sapie que stephanꝝ loqꝫ-
batꝝ dissecabantur cordibꝝ su-
is. quia inuidia inuidos corꝝ
tūpit interius ⁊ exterius. nā
stridebant dentibus suis in e-
um Actūm. viij. Conueniē-

tibus ciuibꝝ audire paulū
⁊ barnabaz iudei repleti sunt
zelo Actūm decimotercio

Inuidi non parant ꝑ in-
quis attrinentibus eis quine-
tiam inuideāt omnibus ⁊ de-
trahant ⁊ offendant. Nam ra-
chel sterilis lye sororis sue se-
cunditati inuidebat Genes.
xxx. Fratres ioseph inuide-
bant ei. videntes qꝫ a patre
plus cunctis fratribꝝ ama-
retur Genesis. xxxvij. Ma-
ria soror moysi ⁊ aaron frater
eius in moysen inuidia moti
sunt Numeri. xij. Frater filij
prodigij videns fratrem suū
a patre cum honore receptū.
indignabatur ei. ⁊ noluit in-
trare Luce. xv. Discipuli cri-
sti qui erant fratres spiritua-
les Juxta illud Mathei vice-
simotercio Omnes vos fra-
tres estis. audientes iacobū
⁊ iohānem velle sedere a dex-
tris christi fuerunt ex inuidi-
a indignati Inuidi in quā-
tum possunt. nituntur impe-
dire bonos eis plurimum de-
trahentes Nam edificantibꝝ
k. iij.

templum filijs iuda post re-
ditum de babilone gētes in-
uidētes eis multipliciter eos
impediēbant. **pa. Esdre. iij.**
Audiētes sanaballath & tho-
bias q̄ edificarēt muri cō-
tristati & mori sunt valde cō-
tra edificantes. **Neemie. iij.**
Cum ex thesalonicensibus
multi credēt. iudei inuidē-
tes percutauerunt eues. **Act.**
xxij. Inuidiam debent fu-
gere boni homines quātum
cūq; ab ea stimulat̄ur. Nam
cū duo viri heldad & madad
p̄phetarēt in castris cucurrit
puer nūcians moysi dicens
heldad & madad p̄phetant
in castris Josue filius Num
minister moysi elect̄ ex plu-
ribus inuidēs eis qz moysi
est discipulor̄ inuidere doe-
trine aliorum magistrorum.
dixit moysi. domine mi moy-
ses p̄hibe eos. ait illi. Quid
emularis p̄ me. quis mihi
tribuet vt oīs populus p̄ph-
tet & det eis dñs sp̄m̄ sanctū.
Ecce nō potuit duci in inui-
diam per verba ioseph. sed de-

siderabat singulos p̄phetare
Numer. xj. & ugit iohannes
baptista inuidiam. Nam cū
dicerent ei discipuli sui mori
inuidia p̄tra christū Rabbi
qui erat tecum tras iordanē
cui tu testimonium p̄hibu-
isti. Ecce hic baptizat & oēs
veniunt ad eum. Respondit
iohannes. in hoc gaudiū me-
um impletum est. **Johā. iij.**

De hypocrisi & simulati-
one.

Decipiūt gē-
tes bōa simu-
lantes.

Hypocrite &
simulatores

Magna pec-
cata faciūt p̄-
ua detestatos
Vocem susci-
piūt mortem
cōminantes

Hypocrite & simula-
tores intendunt sp̄-
fuis simulationibz
aliquem decipere. sic amon fi-
mulauit se dolere & languere
vt sororez suā thamar ad eū

venire faceret. et sic etiam eam
decepit et violenter defloravit
ij. Regum. xij. Gese simu-
lauit dominum suum indigere
vestibus ut naaman deciperet
et ipse acciperet vestimenta. iij.
Regum. v. Apollonius pa-
cem iudeis solemnizantibus
sabbatum simulauit. et sic eos
deceptis arma sumens pluri-
mos eorum nequiter trucidauit
ij. Machabeorum. v. Pharisei
placita verba saluatori dice-
bant volentes eum capere in
sermone Matthei. xxiij. Non
solum iohes. sed etiam ipsius
deum conantur decipere ypo-
crite. Nam ananias fraudans de pro-
prietate agri estimauit se posse deum de-
cipere Actuum. v. Hypocrite
cauent sibi de peccatis mino-
ribus. de maioribus vero vi-
cijs non curantes. de quibus
dicit dominus Culicem excolan-
tes et camelum glutineros. Ma-
thei. xxij. Pharisei noluerunt
intrare preteritum in parasee
ueni ne praminarentur et tamen
non timuerunt nec curauerunt
eadem die christum occidere

Johannis. xvij. Archifina-
gogus volebat sabbatum cu-
stodiri increpans populum ne
sabbato curaret. sed non time-
bat deum offendere de iheru-
salem et populum a bono sub-
trahendo Luce. xij. Hypo-
critis punit dominus male-
dictionibus reprehensionibus
et flagellis. et sic sunt a prela-
tis arguendi. Nam uxori iheru-
salem que de viri consilio
mutato habitu alias se simu-
lauit Elizas propheta domini
de mandato dei sibi et viro suo
multas flagellaciones et ma-
ledictiones simul cum nece
filij nunciauit. iij. Regum. xij
Quamuis diuina iusticia ut
scribitur. puerbio. viij. im-
pium detestat generaliter sin-
gulariter tamen de infernale
dominus hypocritis octies pmi-
natur Matthei. xxij. Nam iheru-
salem ypo-
critis in aname et zaphyre.
petrus acriter increpando pu-
nuit. Actuum. v. Heliam
magnum paulus acriter de hypo-
cristi increpauit Actuum. xij.

De ira dei contra delin-
quentes

Nō obsequē
tibz eius pre
ceptis

Nō colentibz
deum aris ere
ctis

Irascitur
dominus

Laudes non
canētibz pro
bōis receptis

Maculātibz
se peccatis in
epis

Et parcit pro
presidētibz
subiectis

Ira scit̄ deus cōtra
inobediētes eius p̄
ceptis. Sed notan
dum ante omnia q̄ s̄m Au
gustinū in libro dectimoquin
to. d̄ ciuitate dei. capitulo vi
cesimo quinto. Ira dei non
est perturbatio animi eius.
sed iudicium quo irrogatur
pena pro peccato. Cogitatio
vero eius ⁊ recogitatio mu
tandarum rerum ē immuta
bilis ratio. neqz em̄ sicut ho

minē ira deum cuiusq̄ facti
sui penitet. cuius est de omni
bus rebus tam fixa sentētia
q̄z certa prescientia. sed si v̄
titur scriptura talibus v̄bis
non se ammōdo familiaris
insinuabit omnīu generi ho
minum quibus vult esse cō
sultum. vt ⁊ perterreat sup̄
bientes ⁊ excitet negligētes
⁊ cretreat querentes et alat
intelligentes. quod non face
ret si se non prius inclinaret
⁊ quodammodo descēderet
ad iacentes sc̄dm augustinū
vbi supra. Deus itaqz iras
citur hoc modo contra inobe
dientes. sic iratus est contra
moysen nolentem recipere po
puli ducatum. Exo. quarto.
Contra egyptios nolentes
obedire deo ⁊ dimittere po
pulum suum. iratus domi
nus misit in eos iram suam
Exodi. septimo. ⁊ sequenti
bus capi. Propter inobediē
tiam populi ⁊ moysi iratus
est dominus contra eum ad
aqs̄ cōtradictionis. vñ mo
yses dixit. Iratus est mihi

dominus ppter eos Deuter.
.j. filij israhel qz nō obedie-
runt sed tulerūt de anathema
tix iratus est ptra eos domi-
Josue. viij. Dixit iosias. ma-
gnus futor domini stillauit
super nos eo q non custodie-
runt patres nostri verba dñi.
ij. Paralipo. xxiiij. Vultū
debēt christiani iram dei time-
re cum artaxerxes rex paga-
nus dixit. Omne qd ad ritū
dei celi pertinet. tribuat dili-
genter in domo dei celi ne for-
te irascat ptra regnum regis
et filioꝝ eius. ij. Esdre. viij
Irascit ydolatriis deum ce-
li nō adorātibꝫ. Nā iratus
est dominus salomoni eo q
auerfa eēt mēs eius a domi-
no. et deos alienos ppter mu-
lieres adoraret. iij. Regū. xj.
Propter peccatū ydolatrie
iratus ē dominus ptra popu-
lum israhel et tradidit eos in
manus azabelis. iij. Regū.
xij. Quia ioas et filij israhel
seruierunt sculptilibꝫ irat-
us est ptra eos dominus. et facta
est ira dei in iudam et iherusa-

lem. ij. Paralipome. xxiiij.
Increduli quasi ydolatre re-
putant. sup quos descendit
ira dei. Nam qui credit in filij
lium dei habet vitam eternā
in se. qui autem incredulus
est ira dei manet in eo. Jobā-
nis. iij. Irascit deus ptra
ignorātes sua beneficia et nō
recognoscētes ea maiora pec-
cata cumulare Sic iratus ē
ptra amason regē iuda qui
diuino auxilio supauit ydu-
meos et post abstulit deos eo-
rum et adorauit eos ij. Para-
lipo. xv. Seruus nequā in-
gratus cui dominus tot et tā-
ta debita dimiserat noluit mi-
sereri suo suo. Ideo iratus
dñs tradidit eum tortoribꝫ.
donec nonissimum quadrati-
tem exsolueret Mathe. xvij
Ezechias nō retribuit scdm
beneficium domini sed eleua-
uit cor suum contra dominū
et facta est ira dei contra Iu-
dam et iherusalem. secundo
Paralipomenō tricesimo se-
cundo capitulo. Iudeis nō
recognoscētibꝫ gratiam sa-

nationis inferorum quam
christus fecit infernis s; ob/
seruantibus si sabbato cura
ret vt eum accusarēt. iratus
est saluator sup cecitatē cor/
dis eorum. Mathe. duode/
cimo. Luce. sexto. Cōtra in/
uitatos ingratos non volen/
tes venire ad cenam sed pse/
quentes seruos ⁊ nuncios.
iratus dominus perdidit ho/
micias ⁊ ciuitates eorū suc/
cendit. Mathe. vicesimo se/
cūdo. Eadem similitudo de
colomis habetur. Luce. xiiij.

Irafcitur dominus pra
peccatores diuersorum vici/
orum. sic iratus est pra fili/
os israhel propter peccatum
gule quia populus estuabat
desiderio carnum sedens et
merēs. Numeri. vndecimo.
De gulosis etiam dicit Co/
mederunt ⁊ saturati sunt ni/
mis puocauerunt autem te
ad iracūdiā. Neemie. nono.
Propter peccatum murmu/
rationis ⁊ detractionis egres/
sa est ira ⁊ plaga a domio in
mariam sororem moysi Au

meri. duodecimo. Propter
vicium luxurie iratus est do/
minus contra populum for/
nicantem cum filiabus mo/
ab. Numeri. vicesimo quinto.
Tractātes eucharistiam in/
digne exterminat ira di. Ma/
oza qui idigne tetigit archā
dei iratus est dominus ⁊ p/
cussit eum ⁊ mortuus est. ij.
Regum. sexto capit. Quia
iosaphat sociauerat se pecca/
tori Achab dixit ei. iram dei
meruisti. vt habetur. secūdi.
Patalipomenon. decimono/
no capi. Contra peccatores
nō loquentes recta irascitur
dominus. Sic locutus est
contra elephan ⁊ duos soci/
os eius quia cum iob nō lo/
quebantur recta. Job. qua/
dragessimosecūdo capitulo.
Multum tumēda est illa ira
quam dominus ostēdet pec/
catoribus in die extremi iu/
dicii. Tunc enim dicēt mon/
itibus taliter. Cadite sup nos
⁊ abscondite nos ab ira agni.
Apocalipsis sexto. Iram
dei debent prelati auertere a

populo omnibus et obsecratio
 nibus et sacrificijs Sic fecit mo
 yses dicens. Cur domine ira
 scit furor tuus Exodi. xxxij.
 Occasione chore irato domi
 no dixerunt moyses et aaron
 orantes ad dominum Fortissi
 me deus spiritum omnis car
 nis. Nam uno peccante protra
 omnes ira tua defuerit. Nu
 meri. xvi. Ob hanc causam
 constituit iosaphat rex iuda iu
 dices et prelatos dicens eis.
 Ostendite fratribus vestris
 ne peccent. ne ira dei descen
 dat super eos. ij. Paralipo.
 decimonono capi.

De ira hominis pro zelum

Dei mandata
 non impleres.
 Inordinata vi
 ta viuens
 Irascitur homo
 bono zelo pro
 Obstinata
 mente regen
 tes.
 Reos eos pu
 nientes

Irascuntur prelati con
 tra non obediens pro
 ceptis et mandatis
 ecclesie. Et sciendum quod ira
 que pro bono zelum est protra vi
 cia tendit et non protra homines
 Nam secundum augustinum sic di
 ligendi sunt homines ne erro
 res eorum diligant Aliud enim
 est amare quod facti sunt. et ali
 ud odisse quod faciunt. sic mo
 yses cum pharaon nollet acquiescere
 precepto domini ut di
 mitteret populum. exiit ab
 eo iratus Exodi. xj. Precep
 erat dominus pro moysen po
 pulo quod nullus dimitteret ma
 na. quibusdam referuntibus
 cum scateret venibus iratus
 est moyses Exo. xvj. Helise
 us iratus est pro iob regem
 israel quia non sepius per
 cussit terram sagitta. sicut ei
 fuerat imperatum. iij. Reg.
 xij. Irascuntur boni viri. et
 maxime prelati quando vident in
 ordinate viuentes et transgre
 dientes obseruantias et certi
 monias ordinate Sic mo
 yses reuertens de monte videns

populū inordinate viuētem
 siue ludentem ⁊ vitulū ado-
 rantē iratus piccit tabulas
 ad radicem mōnis ⁊ fregit
 Exo. xxxij. Repperit moyses
 hircum p peccato oblatum.
 qui debebat comedi ⁊ iratus
 ē ptra cleazar ⁊ thamar. Le-
 uitic. x. Irascunt viri dei
 ptra homines obstinatos in
 malo. qui nec amonitiōib⁹
 nec exhortatiōib⁹ corrigūnt
 Sic vidēs moyses obstina-
 tam rebellionem chore ⁊ com-
 plicum eius iratus est. mibi
 hominus p eis orauit. Nūe.
raliter donat. Ideo de male-
dictōe dixit daniel ostendēs
tarditatem. stillauit sup nos
maledictio Danielis. ij. ca.
Qd aut largus sit ad benedi-
cendū ostendit sapiens in ec-
clesiastico dicens. Benedic-
tio illius quasi fluuius uiuifi-
cavit Eccli. xxxix.**

De maledictione qua ho-
mo maledicit.

Progenitorū
fugienda

Filiorum ca-
uenda

Prelatorum
timenda.

Maledictio
hominum

Malozū non
timenda.

Sorte pumi-
torum feren-
da

Maledictio patris vī
matris multum ti-
mēda ē. qz sicut be-
nedictio patris sumat domū
filiorum. sic maledictio era-
dicat fundamenta. vt Ecclē-
siastici. tercio. Timere debēt
igit filij parentes offendere
ne maledicantur ab eis. Nā
qz cham offenderat noe pa-
trem eius ostendēs eius nu-
ditatem ⁊ deridens. ipse ⁊ fi-
lij filiorum eius maledictio-
nem acerbissimā incurrerūt.
cum dixit. maledictus cham

Gen. ix. Per locum a stra-
rijs videri potest quantū ti-
mebant iacob ⁊ esau maledi-
ctionē patris sui qui ita erāt
solliciti pro benedictione pa-
tris Unde iacob dixit matri
timeo ne pater meus putet
me sibi voluisse illudere ⁊ in-
ducat sup me maledictionē
p benedictione. Gen. xvij.
Quia symeon ⁊ leui contra
voluntatē patris occiderunt
sichē. dixit iacob pater eorū
maledictus furor eorū quia
pīnax est ⁊ indignatio eorū
qz dura ē. Ge. xlix. Ma-
ledicere nō debent filij paren-
tibz carnalibz nec subditi spi-
ritualibz prelatis ⁊ patribz.
nā qui maledicit patri vī ma-
tri morte moriat qd nō solū
p carnali patre vel matre ac-
cipit. s; etiā p prelato ⁊ ma-
tre ecclā exponēdū est. Leui.
xx. Arguebāt iudei paulū vi-
centes. summū sacerdotē di-
maledictis. sed ille excusauit
se dicens. nesciebam fratres
qz princeps esset sacerdotū.
Actu. vicissimotercio ca.

Maledictio prelatorum
et excommunicatio timenda
est siue iusta siue iniusta. etiã
si prelati sunt mali. nam ma
ledictus erat quem balaam
maledicere voluisset. Nume
ri. xxiij. Seruare debemus mã
data dei et ecclesie ne maledi
ctionem vel excommunicati
onem aliquam incurramus
Nam multas maledictões
dedit moyses transgressoribus
mandatorum dei. Deutero/
nomij. xxviij. Josue capta ihx
rico dixit. maledictus sit qui
edificauerit ihxrico Josue. vij
Saul volens persequi phili/
steos imprecatus est populo
dicens Maledictus qui cõe
derit panem vsq; ad vespas.
donec voliscar me d inimicis
meis. i. Regum. xiiij. Instru
endi sunt pueri ne derideant
prelatos et senes. Nam pue
ris deridentibus heliseum ip
se maledixit. et duo vrsi de la
cu erierunt et plurimos occi
derunt. iij. Regum. iij. ca.

Maledictio maleuienti
um quibus nõ incumbit ma

ledictio ex officio timenda. et
curanda non est Sic sicbimi
te inter epulas maledicebãt
abimelech. Judicum. ix. ca.
Vult obstinati quanto plu
ra pericula patiuntur plus ma
ledicunt. quorum maledictõ
curanda non est. Nam obses
si in turri in Iuda maledice
bant ei. ij. Machabeorum. x
Non fuit timenda sed deside
randa illa maledictio quam
pharisei dederunt ceco illumi
nato a domino. cum maledi
cetes ei dixerunt. Tu discipu
lus illius sis. scilicet christi.
que maledictio descendat su
per nos et maneat semper Jo
hannis nono capitulo.

Maledicentes alijs sine
causa. maledictionibus et a
lijs penis puniuntur. Ideo
dixit Jacob pater suus bene
dicendo eum Qui maledixe
rit tibi sit ille maledictus. Ge
nesis. xxviij. Goliath cui ma
ledixit dauid in dijs suis in
primo occisus est ab eo. pri
mi Regum. xvij. Simej qui
maledixit dõ fugientem ab

absalone .ij. Regum .xvi. oc
cibus est a salomone .iij. Re
gum .ij. Sichumite maledi
centes abimelech. fuerūt ab
ipso interfecti. Judicū .ij.

De matrimonio

Juris equali
tatem.

In agēdis af
fentialitatem

Unius carnis
pluralitatem.

Diversi ritus
idempritatem

Proolis tene
re causalitatē

Honore sum
mi dignitatez

Scire fugere
carnalitatē.

Matrimo
nio iuncti de
bent habere

Matrimo iuncti d
bent vir & uxor inter
se habere equalitatē

Debet enim uxor viro suo ef
se socia. non domina vel an
cilla. Ad quod signandū do
minus euam fecit de costavi
ri que est in medio. non in ca

pite vel in pede Genesis .ij.
Quilibet tamen coniugum
licet equales sint debet alteri
obedire & reuereri. Nam Sara
obediebat abrahe vocans euz
dominum & abraham conde
scendebar sare Genesis duo
decimo. decimo octauo & vice
simoprimo capitulis Prop
ter hāc causam scilicet equa
litate ad matrimonium re
quirat sensus pris vtriusq;
Ideo dixerunt parentes Re
becca. Queramus voluntatē
puelle Genesis .xxiiij. capi.
Et notādum est q̄ ista equa
litas non est in sapientia ani
mi vel pulchritudine corpis
sed in equalitate voluntatez
ad bonum Immo aliquan
do expedit .vt stultus ducat
mulierem sapientem. quia p
eam dirigitur & saluaf. vt pa
ter in nabal stulto & abygail
sapiente primi Re. xxv. Pa
rentes sare matrimonialez re
gulam sibi dantes. docuerūt
eam diligere maritū. qz dile
ctio actus cōis ē. nō dixerūt
timere qd seruale est Job .x.

Quantum ad actum coniu-
galem iudicat apostolus e-
queles uxorem et virum dicens
Mulier non habet potestatem
sui corporis sed viri. similiter
vir non habet potestatem sui
corporis sed mulieris. 1. Corin-
thi. viij. Matrimonio iun-
cti licet in multis debent esse
equales. in agendis tamen et
consulendis vir debet esse ca-
put. et mulier debet sequi virum.
Hoc autem volens ostende-
re deus fecit virum prius. et
mulierem de viro postea for-
mauit Genesis. ij. Ob hanc
causam debent mariti uxores
tanquam caput membra dilige-
re. sed secreta que ad eum p-
tinent nec alius vult pandere
uxori caueat reuelare. eo quod
mulieres non sunt bone secre-
tarie. Nam quia sampson. p-
positus reuelauit uxori quam
parentibus noluit reuelare.
ipsa in eius damnus alius p-
palauit Iudicum. xiiij. cap.
Sicut caput preualet ceteris
membris. sic vir quantum ad
uxorem preualet omnibus.

videlicet filijs et sanguineis
alijs Ideo dixit helisana ux-
ori sue. melior sum tibi quam de-
cem filij primi Regum patris
Sicut membrum seruat fide-
litatem capiti. sic uxor debet ser-
uare viro suo. Sic susanna
ut fidei thori seruaret integre
se exposuit infamie atque mor-
ti Danielis. xij. Matri-
monio iuncti debent esse vni-
cus vnicuique vnicuique. Vir
debet vnam solam uxorem ha-
bere et contra Ideo dixit de-
us. Erunt duo in carne vna.
Genesis. ij. Ante diluuium
solus Lamech duas habuit
uxores qui duplex homici-
dium postea perpetravit Ge-
nesis. xxiij. ca. In archa noe
tot viros quot uxores iussit
dominus preseruari. ut esset
vnicuique et econuerso Ge-
nesis viij. capitulo Et christo
querentibus discipulis si lice-
ret dimittere uxorem et duce-
re aliam quacumque ex causa.
respondit Quos deus coniun-
xit homo non separat. Mat-
thi. decimonono capitulo

Matrimonio iuncti non debet esse diuersi ritus nec diuerse secte. quia vnus alterū statim ad malum facit declinare. Nam Joram rex iuda ideo fecit malum ⁊ ambulauit in vijs achab. quia filiaz eius duxerat in vxorē. ex quo apparet q̄ multuz debet respicere ad parentes puelle. qui ducit vxorem. iij. Reg. viij. Ideo filij transmigrationis dimiserunt vxores alienigenas quas habebant Esdre. ⁊ Propter hanc causam neemias increpauit ducentas alienigenas ⁊ verberauit. Nee mie. xij. Si forte vult alter coniugum facere malum ⁊ p̄uersum ritum sequendo vel alia mala committendo. nō debet alter sequi. Ideo male excusabant se mulieres translatē in egiptum de idolatria qz sic videbant facere viros suos Iheremie. xliiij. Quia saphira ⁊ ananias cōsenserunt in malum. ideo ambo grauit̄ sunt puniti Actū. v.

Matrimonium debet con

trahere viri ⁊ mulieres. non ad fatietatem libidinis. sed ad dei laudem ⁊ productōnē prolis Sic dixit zara filia raguelis dicens viro. Cum timore tuo domine ⁊ non consensi cum libidine suscipere. Thobie. iij. Dixit angelus thobie. In illis qui vxores accipiunt vt deum a se excludant ⁊ libidini vacent. habet sup̄ eos potestatem demoniū Thobie. vj. Honestissimam causam ducendi exposuit angelus thobie dicens. Accipies vxorem cum timore domini ⁊ amore filiorum magis q̄ libidinis amore. Thobie vj. Propter hanc causā noui coniugati prius deberent vacare diuino operi q̄ operi cōiugali. sicut thobias qui prima nocte secunda ⁊ tertia docuit vxorem orare ante q̄ cōiungeretur Thobie. viij. ca. Ille qui se excusauerat a cetera qui duxerat vxorē. nō dixit. habe me excusatum. sed alij. quia status eorum qui ducunt vxores vt libidini va

cent ita fortiter eos allicit vt
sepe eos retrabat a diuinis.
Luce decimoquarto capitulo.
Matrimonium deus
in veteri testamento ⁊ in no-
uo multipliciter honorauit.
Nam ordiem matrimonij in
paradiso instituit quādo mu-
lierem homini sociauit. Ge-
nesis. ij. Destruente domino
per aquas diluuij mundum
solum matrimonio iunctos
saluauit scilicet noer eius vx-
orem ⁊ tres filios cum vxor-
ibus eorundem Genesis se-
ptimo. Matrem suam virgi-
nem christus voluit desponsa-
ri vt contra hereticos qui dā-
nant matrimonium dicētes
ipsum esse a dyabolo ipsum
matrimonium commēdaret
Matxi primo Matrimonij
alibus nuptijs christus cum
matre ⁊ discipulis voluit in-
teresse ⁊ ibi primum manife-
stum miraculum operari ⁊ ip-
sum matrimonij honorare.
Iohan. ij. Celeste ⁊ spiritua-
le primum matrimonialibus
nuptijs a domino simulatur

Luce. xiiij. Matrimonij
repugnat adulterio qd̄ ē ma-
ximum viciū ⁊ grauiter puni-
tur a deo ⁊ ppter ipsum mala
innumerabilia mittunt. Jd̄
egiptij magis detestabantur
adulterium q̄ homicidium.
Naz abrahā timebat occidi
ppter sarā ⁊ cū esset sine viro
pharao cognosceret eā. Ge-
xij. Pppter sarā vxorem A-
brahe flagellauit deus phara-
onem plagis maximis ⁊ abi-
melech per somnum extertu-
it comminando Genesis. xij
⁊. xij. Ex adulterio nati vt
plurimū sunt mali. qz male
nutriuntur. Mā primus qui
dicit̄ deū blasphemasse spuri-
us fuit qui postea iubente do-
mino fuit lapidatus. Leui.
xxij. Dauid ppter adulteri-
um pditionē ⁊ homicidiū p-
petrauit. ideo filiū abstulit ei
deus. ij. Reg. xij. Herodias
vt liberius adulterio vacaret
cū herode. iohannē baptistā
qui eā de hoc vicio arguebat
fecit incarcerari ⁊ nequiter de-
collari Matxi. vj.

Demendacio

Committit
graue[m] trans
gressionem.

Permitit se
pe deceptōnē

Permitit
mortis occa
sionem

Menda
cium

Immittit mē
tis pdicionē.

Omittit bo
nā relacionē.

Admittit fal
sam assertōnē

Submittit
culpe pfessio
nem

Et hinc amit
tit retributio
nem

Endacium peccatū
grauissimum est qđ
veritati imo deo op

ponit qui est veritas ⁊ vita
Ita nāq; graue est mētiri qđ
iudas estimabat graui⁹ men
tiri qđ fornicari. iō de thamar
cum qua ex pacto fuerat for
nicatus mittens ei hxdum ⁊

eā non inueniens dixit. men
daci⁹ non potest nos arguere
Gen. xxvii. **P**ropter gra
uitatem mendaci⁹ nō licz ali
cui ex quacūq; causa mētiri
licet aliquādo liceat expedi
atq; veritatez tacere. sic fecit
samuel qui dixit. ad immo
landum domio veni. licz ad
aliud principaliter venerat il
lud nihilominus pponens.
j. Regu. xvj. **M**endaces
querunt decipere audientes
ideo primū mendacium fuit
a diabolo p serpentem pla
tum. s. nequaq; moriemini.
vt hominem decipiēdo trā
heret ad peccatum. Gen. iij.
Gabaomite callide cogitan
tes quomā iosue mendacio
voluerunt decipere. sed iosue
vsus bono pfilio pactū ini
tum non fregit ⁊ eos vt me
ruerunt in seruitutē redegit
Josue. ix. **U**r dei qui pdixit
hieroboam destructionē al
tatis a falso ppxta menda
cio est deceptus. iij. Regum
xij. **M**endaces suis mē
daci⁹s homines ducunt ad

mortē. vt patet in precedēti
historia proxima .vbi vir dei
deceptus mendacio fuit a le
one occisus. iij. Regum. xij.
¶ Prophete mendaces persua
suerunt achab vt iret ad pug
nam vbi ad mortē extirivul
neratus. iij. Regum. xxij. ca.
Verba que dixit Judith ho
loferni duxerūt eum ad mor
tem pessimam. licet ipsa Ju
dith ppter suam intentōnem
bonam quam habuit excuse
tur Judith. xj. Pessimū mē
daciū adinuēit Aman vt
possit occidere mardocheum.
Ester. iij. capitulo. Ne
daces sunt homines prodito
res qui vt pdirōnes valeant
adimplere. pallio mendacij
eas tegunt Sic antiochus
post mendacia verba pacifica
plaga ciuitatem percussit pri
mi Machabeorum primo.
Alchimus proditorie volens
esse summus sacerdos Jude
mēdacier detrahebat. primi
Machabeorum. vij. Rupit
antiochus iuramentū 7 mā
dauit destrui murum. primi

Machabeorum. vij. Bachy
des 7 alchimus loquētes mē
dacier factum statim aliter
puerterunt. primi Machabe
orum. vij. Promisit demes
trius ionathe multa si libera
tus esset. qui se postea aliena
uit ab eo. primi Machabeo
rum. ij. Proditorie triphon
mentitus est symoni. quādo
argentum 7 obsides pro Jo
nathē liberatione recepit. qui
postmodum Jonathan 7 fili
os interfecit. primi Macha
beorum. xij. Mendaces
vt plurimum sunt accusato
res aliorum 7 relatores nouo
rum qui semper addunt ali
qua referenda. Sicut occi
so vno de filijs dauid ab ab
salone fama accusantium et
referentium venit q absalon
omnes filios regis interfecit
ij. Regum. xij. Ab accusan
tibus paulum fuerunt mul
totiens dicta mendacia. scilicet
a questuarijs Actuum. xvj
Item a quibusdam atheniē
sibus Actuum decimo septi
mo capitulo. Mendaces
n. j.

peſſimi ſunt falſi teſtes. qui mendacijs ſuis ⁊ aſſertionibus falſis multos faciūt iniuſte ꝑdennari. ſic duo falſi teſtes contra naboth ꝑducti eum lapidari fecerunt. eum blaſphemaiſſe mēdaciter aſſerentes. terciꝝ. Regum. xxi. Detestabile mendacium dixerunt duo iniqui ſenes contra ſuſannā falſum teſtimonium ꝑferentes ⁊ eam accuſantes. Damie. xiiij. Falſum teſtimonium dixerunt cōtra iheſum qui ꝑincipibus ſacerdotum dixerunt. hic dixit poſſum deſtruere templū dei ⁊ cetera. Mathe. xxvi. Duo falſi teſtes qui locuti ſunt cōtra ſtephanum iniuſte euz lapidari fecerūt. Actuum. viij.

Mendaces ſunt aliquę ꝑſone ⁊ ſpecialiter mulieres excuſantes ſe de malis operibus de quibus arguūtur. ſic mentita eſt vxor abrahe timore perterrita non ſe riſiſſe mendaciter excuſauit Gen. decimo octauo capi. Ultra mēdacia dixit pharaon moyſi

ſi ſe excuſando ne dimitteret populum. Exodi. viij. ⁊ ix. **D**s illius qui mentitur occidit animam et aliquando corpꝑ ſicut ananias ⁊ ſaphira ſe excuſantes coram petro dixere mortis ſentētiā incurerunt. Actuum. quinto ca. Mendacium officioſum remuneratum eſt in ꝑreſenti ſed nō in futuro. ſicut mendaciū obſterricū que dixerunt pharaoni vt filios iſrael paruulos non necarent. Exodi. j. Temporaliter remunerata eſt raab que mērita eſt officioſe vt exploratores iſrael liberaret. Joſue. ſecūdo capitu. Officioſe mentitus eſt chuiſi ꝑo ſalute dauid dicens abſalomi. ſicut fui cū patre tuo ſic ero tecum. ſecundi. Reg. decimo ſeptimo. Mentita eſt illa mulier officioſe dauid qꝫ illos nuncios dauid ſubvelamine abſcōdito celauit. ij. Regum. xvij.

De miraculis diuine potentie.

Corporib? in
celo contento
rum.

Angelis mino
rib? more mi
nistrozum.

Ardozibus ig
neis sepe pas
suozum

Tenozibus a
eris pductis
vaporum.

A liquorib? a
que quis dat
humidoz?

Terra que cul
tozibus dat fru
ctum laboz?

Bestiaz mor
sibus atq; iu
mentoz?

Ex pgenitori
bus ortu filio
rum

Saporib? ho
minu? deditis
ciboz?

Errozibus ho
nu? incorrigen
tozorum.

Terrorib? ho
minu? exitu bel
lozorum

Dolorib? ho
minuz? carnis
egrozoz?

Saporib? ho
minum morti
deditorum

Iracula facit deus
in celo? celestib? cor
porib? inter que mi

racula principium fuit crea
tio prima quando scilicet deus
celum creauit in principio. et
postea quarta die solē et lunā
et stellas in signa mirabiliter
ordinauit Genes. i. Ita fuit
mirabilis mundi creatio quod ei
noticia non potuit nisi per reue
lationē haberi Unde grego.
super ezechielem omel. j. De
preteritismoyses propheta
uit dicens In principio crea
uit deus celum et terram etc.
Non quod predixit futura. sed
quod predixit occulta Hec gre
gorius. Stetit sol ad vocem
iosue dicentis. Sol ptra ga
baō ne mouearis. Josue. x.

Miracula o
perat deus

Malde fuit mirabile q̄ ad pe-
titionē ezechie regis sol decē
lineas retrocessit. iij. Re. xx.
⁊ Isa. xxxviij. Stella que in
orientē mirabiliter apparuit.
magos ad orandum christū
p̄duxit. Math. ij. In christi
passiōe facte sunt tenebre so-
le miraculose obscurato. nā
quia cum luna quita decima
die ⁊ sol in parte celi opposi-
ta. nō solet sol naturaliter e-
clipsari. quod mirabiliter vi-
dens dyonisius in grecia di-
xit. aut deus nature patitur.
aut mundi machina dissol-
uetur. Math. xxviij. Marti
xv. In ascensiōe corpus do-
minicum miraculose ē in ce-
lum eleuatum. Actu. primo
Hora tertia fact⁹ est repente
de celo sonus ⁊ spiritus san-
ctus de celo veniens aposto-
los illustrauit. Actuum. ij.
Saulum miraculose lux de
celo circumfulsit. ⁊ ipse cele-
riter celesti voce obediuit. Ac-
tuum. ix. Mirabilia fecit
deus in angelis ⁊ celestibus
spiritibus quos tanq̄ mini-

stros in nostro ministerio de-
putauit. Unde āgeli loth de
zodomis mirabiliter eruerūt
Gen. xix. Angelus ad locū
fientiū veniens filios israel
ad penitētiā incitauit. Ju-
dicum. ij. Helyam fatigatū
in itinere angelus pane sub
cinericio ⁊ aqua sustentauit.
ij. Regū. xiiij. Puero terri-
to ostendit heliseus currum
auxilantium angelorū. iij.
Regum. vj. Resurgēte xp̄o
angelus domini de celo des-
cendit ⁊ custodientes sepul-
chrū exterruit. Math. xxviij
Apostolos in carcere sub pu-
blica custodia positos nocte
angelus domini miraculose
liberauit. Actuum. quinto.
Miraculose angelus libera-
uit petrum vincitur cathenis
duabus ⁊ sedecim milibus
custodientibus eum. Actuum
duodecimo capitu. De hac
materia quere multa d̄ ange-
lis bonis in omnibus distin-
ctio nibus eius. quia ibi de mi-
nisterijs angelorū multa dixi
capitulo vndecimo p̄ totum

Miracula multa fecit deus in
quatuor elementis. et ut faci
lius a legentibus miracula
predicta valeant ordinate per
quiri de quolibet elemēto di
stincte et singulariter pertrac
temus. Primo namque mi
rabilia operatus est deus in e
lemento ignis quando filios
israhel in columna ignis per
noctem de egiptica seruitute
eduxit Exodi decimotercio et
decimoquarto capi. Helias
ignem consumentes holocau
sta miraculose a domino im
petrauit .iiij. Regum. xvij.
Ad vocem helie descendit de
celo ignis et duos quinquagenarios deuorauit. quarti
Regum primo. Ignis egres
sus a domino zodomam et ci
uitates quinq. et homines
submergendo deuastauit Ge
nesis decimonono De thuri
bulis impiorum ignis egres
sus multos incredulos con
cremauit Nume. decimosex
to capitulo. Miraculum di
gnum memoria fuit illud quod
tres pueri in camino ignis ar

dentis laudantes et benedicē
tes deum illesi et incolumes
perseuerabant Danielis tercio

Miracula fecit deus in ae
re et vaporibus existentibus
in eodem. Nam egressos fi
lios israhel dominus in colū
na scilicet nubis per diem per
rigendo precessit Exodi. xij.
Leuaui moyses manum in
aere. et facta est grando qua
lis nunquam fuerat in egipto.
Exodi nono capitulo. Pug
nantibus quinq. regibus con
tra iosue facta est grando sicut
lapides magni super eos Jo
sue. x. Orante helia annis tri
bus et mensibus sex aer plu
uiam non dedit. tercij Regū
xv. capitulo. Rursus eo ite
rum orante venit ex aere plu
uia super terram. quarti Re
gum. xvij. capitulo. Pul
chrum miraculum ostendit
tribus discipulis in transsi
guratione eius quando loque
te domino nubes lucida ob
umbravit eos. Martij deci
moseptimo. Marci nono Lu
ce nono. In ascensione omnia
n. ij.

dominus christus in nube a
discipulorum oculis est su-
scipus. Actuum primo ca.

Miracula multa fecit do-
minus in elemento aque qñ
firmam eorum fecit in medio
a quarum. superiores a quas
ab inferioribus diuidens et
postmodu ex aqua reptilia
et volatilia in esse pducens.
atq; pisces remittens gur-
giti. aues in aere collocauit.
Genesis. primo capi. Cum
deus aquis diluuij tegeter
omnem terram Noe cum fi-
lijs et vxoribus in archa su-
per aquas miraculose salua-
uit. Genesis. septimo capi.
Satis fuit magnu miracu-
lum q dominus aquas egi-
pti conuertit in sanguinem.
Exodi. septimo. Mirabilia
magna operatus est quando
mare diuisit et aque statet p
muro a dextris et a sinistris.
donec filij israel libere tran-
sirent. Exodi. decimoquarto.
Per lignum ostensum a do-
mino moysi aque amare mi-
raculose sunt subito dulco-

rate. Exodi. decimoquinto.
Alqua de petra durissima po-
pulo sitiente deus miraculo
se produxit. Exodi. decimo-
septimo ca. Ingressis filijs
israel in iordane aque supe-
riores steterunt. inferiores ho-
in mare mortuum descende-
runt. et sic ipsi per siccum et
arenam alueum transierunt
Iosue. tercio capi. Helias
suo pallio tangens aquas
iordanis ipsas diuidens li-
bere pertransiuit. iij. Regu.
secundo capitulo. Fecit idem
heliseus virtute diuina fer-
ra grauissimuz narare sup aqs
uij. Reguz. vi. Tempestate
in mare dormiente domino.
commota ad eius imperiuz
mare quieuit. Matxi. viij.
Ad pceptu dñi discipuli rena-
mitetes in mari plenu mag-
nis piscibz extraxerunt. Jo. xxi
Dñs ihesus miraculose sup
aqs maris ambulauit. Ma-
the. decimoqarto. Mirac-
ula multa operatus est dom-
nus in elemento terre quan-
do animalia produxit in ea

et hominem de eius limo ha-
bita deliberatione produxit.
Gene. i. 2. ij. Grandis ter-
ribile miraculum fuit quod ter-
ra se aperuit et dathan et aby-
ron deglutiuit Numeri. xvi.
Non fuit paruū miraculum
quando illi de nazareth ira re-
pleti dominus precipitare vo-
luerunt cum inter eosambu-
lans se abscondit. Et sim be-
dam. Terra et lapides cedē-
tes corpori suam ymaginem
tenuere impressam Luce. iij.
In passione domini terra tre-
muit. petre scisse sunt et aper-
ta lapidea monumenta Ma-
thæi. xxv. Resurgente domi-
no factus est terremotus cu-
ius timore exterriti sunt cu-
stodes Matthæi. xxvi. Pau-
lo et sila reclusis in carcere ter-
remotus factus est. vincu-
la sunt soluta Actū. xvi.

Miracula fecit deus in ai-
malibus ferocibus atque fil-
iis vestribus. et alijs quibus pluribus
contra naturam ipsorum mira-
cula operando. Nam balaam
cum iret ad maledicendū dei

populus fuit ab asina quam
feriebat stimulando redargu-
tus Numeri. xxij. Ad beth-
pugum a facie izabel corui
carnes et panes quotidie de-
ferebant. iij. Regum. xvij.
Danieli posito in lacum leo-
num vitam mansuetudine
leones ostenderunt Danie. vi.
et xiiij. Piscis qui ionā nau-
fragū deuorauit per triduum
ipsum seruauit incolumem
iosum post triduum liberū in li-
tore euomendo. Ione. i. et ij.

Multa miracula opera-
tus est dominus in homini-
bus in quibus est miracula o-
peratus. et primo in natu-
ritate Miraculose ē natus ysa-
ac per promissionem a domi-
no reuelatā Gene. xxij. Sāp-
son miraculose percipitur cum
eius pcepto ab angelo patē-
tibus nunciat Iudicū. xiiij. Fi-
lius mulieris sunamitis fuit
per helzeum a domino preci-
bus impetratus. iij. Regū
iij. Angelus dñi qui apparuit
zacharie iohānez miraculose
nunciauit nasciturū. Luce. j.

Primum mirum et valde dulce
miraculum quod creatus deus
et homo conceptus et natus
est de virgine. quod miracu-
lum annuncians iohannes
in matris utero exultavit.
Luc. 1. Miracula fecit de-
us in hominibus eos cibis
et potibus nutriendorum alia que
ad corporis vitam pertinent
largiendo. Iohannes deus uniuersum
forum fructus lignorum homini
in paradiso tradidit ad ves-
cendum et lignum vite in me-
dio paradisi ut pomum vitium
derelinquens et lignum vite
comedens viveret in eternum
Genes. 3. Dedit dominus
populo coruinas et manna
ad manducandum et aquam si-
militer ad bibendum. Exodi
16. et 17. Misit deus car-
nem in abundantia filijs israel
flagrantibus in deserto. Num-
meri. 11. Quadraginta annis
eduxit dominus filios israel
per desertum et non sunt attrita
vestimenta eorum nec calci-
amenta eorum vetustate con-
sumpta Deuteronomi. 29.

Preparauit dominus cibos
helie esurienti per diuam sa-
reptanam cui farine hydria non
defecit nec est olei lechitus di-
minutus. 2. Regum. 4. Per
helieum augmentauit
dominus oleum mulieris de-
bitis obligate ut subsidium
2. Regum. 4. Deficiente
vino in nuptijs aquam con-
uertit in vinum dominus. ubi
operatus est primum mira-
culum. Iohannis secundo.
De paucis panibus et pisci-
bus dominus multa milia
populi duabus vicibus sa-
ciavit et multas reliquias fra-
gmentorum apostoli collige-
runt. Marci. 6. Iohannis. 6.
Luce. 9. Miracula opa-
tus est dominus in homini-
bus eos diuinis miraculis
corrigendo et puniendo. nam
quia omnis caro corruerat
viam suam homines diluuii
inundatione purgavit. Ge-
nes. 6. Peccatum superbie turrim
edificantium deus linguarum
diuisione puniuit Genes. 11.

Scelus ydomozum abho-
minabile a domino fuit diui-
na vltione correptum Gene-
fis. xix. Propter punitōem
choze ꝛ ꝓlicum eius multa
fuerunt miracula perpetrata
Numeri. xvj. Propter duri-
ciam pharaonis nolētis di-
mittere populum multa mi-
racula facta sunt Exodi. vij.
ꝛ pluribus sequentibꝫ Pro-
pter archam captā pumiens
dominus philisteos est mul-
ta miracula operatus. primi
Regum. iij. v. ꝛ. vj. Exerci-
tum regis furie nequiter ope-
rantem dominus ceitate per-
cussit. iij. Regum. vj. Deli-
odorus volens expoliare tem-
plum miraculose fuit acriter
verberatus. ij. Machabeo. iij
In figura hominū siue bono-
rum operum maledixit deus
ficulnee. ꝛ fuit subito arefac-
ta Machi. xxj. Helimā ma-
gum resistantem. apostolus
paulus prauavit lumine ocu-
lorum Actuum. xij. Cū qui-
dam in nomine domini ꝛ pati-
li denisue demonē adiuraret

demon ipse infiluit ꝛ tra eos.
Actuum. xx. Miracula mul-
ta fecit dominꝫ in hominibꝫ.
bellis ꝛ terroribus veritatis ab
alijs eos defendendo miracu-
lis ꝛ alios opprimendo. Naz-
post septem circuitus iherico
muri funditus corruere. Jos-
sue. vij. Immisit dominꝫ gla-
dium in castris madian ꝛ mu-
tua se cede cedentes Judicū
.vij. Ionathas ꝛ eius armi-
ger ꝓcusserunt tot homines.
ꝫ factum est miraculum Et
turbata sunt castra. pri. Re.
xij. Magnū fuit mirū ꝫ
dauid philisteum in funda ꝛ
lapide superauit. pri. Regū
xvij. Obsidente iherusalem
rege semachrib centū quin-
quaginta quinqꝫ milia homi-
num sunt percussi. iij. Regū
xix Aduersarij iofaphat in se-
metipsis ꝓucti mutuo secul-
neribus conciderunt. ij. Pa-
ralipo. xx Propter auxilium
daturꝫ a domino sex milia ho-
minūꝫ centum viginti milia
perierunt. secundi. Macha-
beorum. octauo capitulo.

Miracula seu mirabilia
fecit dominus i hominibus
doleantibus seu infirmantibus
quacunq; infirmitate fuerit
grauati. In cuius figura p/
culli filij israel a serpentibus
per serpentē eneam qui chru/
stum sine veneno peccati pec/
catoribus similem figurabat
sunt a doloribus liberati. Au/
meri. vicesimo primo capitu/
lo. Helzeus naaman lepro/
sum in iordanis flumine se/
ptena londe sanauit. quarti
Regum. quinto capi. Thob/
bias quatuor annis cecus
felle piscis est miraculose cu/
ratus per angelum. Thobie
vndecimo capitu. Christus
multos egros sanauit a va/
rijs ⁊ diuersis languoribus
leprosum quendam sanauit
cum de monte descenderet.
Mathe. octauo capi. Decē
leprosos cū ingrederet qd/
dam castellum sanauit qui/
bus solū vnus reuersus red/
didit laudem deo. Luce. deci/
moseptimo. Demoniacos
octo liberauit. de duobus di

citur Mathe. nono. de tercio
Luce. quarto. de quarto Ma/
thi. duodecimo. de quinto
Luce. vndecimo ca. de sexto
Mathe. decimoseptimo ca.
⁊ Luce. nono ca. de septimo
Marci. ix. alias primo cap.
⁊ Luce quarto ca. de octauo
Mathe. decimo quinto cap.
Similiter vndeci infirmos
sanauit. scilicet focum petri
a febribus. Mathe. octauo
paraliticum iacentem i lecto
Mathe. ix. paraliticum per/
tectum dimissum. marci. ij.
hydropicum. Luce. decimo/
quarto. habentem manū ari/
dam. mathe. ij. languidū ad
piscinā. Johā. v. incuruataz
mulierē. Luc. xij. seruū cen/
turiomis. mathe. viij. surdos
fecit audire ⁊ mutos loqui.
Mathe. nono capitulo. filij
um reguli qui posticipiebat
mori. Johannis. quarto ca.
mulierem fluxum sanguinis
patientem. Mathe. ix. cap.
Marci. quinto capitulo. Et
malchū seruū principis sa/
cerdotū cui petrus auriculaz

amputauit Luce. xxiij. Petrus sanauit claudum Actuum. iij. Et paralyticum iacentem in lecto Actuum. ix. Umbra petri sanauit infirmos Actuum. v. Philippo predicante multi sanati sunt Actuum. viij. In ciuitate listris paulus claudum ex utero matris sanauit Actuum. xiiij. Puellam a spiritu phitonico liberauit. Actuum. xvj. Sudaria vestes pauli languores curabant Actuum. xix. et ipse parrem publici febribus et dissenteria laborantem facta oratione sanauit Actuum. xviij. Miracula facta sunt virtute diuisa super hominibus mortuis et os suscitando. Sic helias filium mulieris matris familias eius hospitem a mortuis suscitauit. iij. Regum. xvij. Heliseus filium mulieris sunamitis suscitauit a mortuis. quem ei suis precibus a domino impetrauit. iij. Regum. iij. ossa defuncti cadaueris tangens ipse heliseus defunctus protinus resurrexit. iij.

Regum. xiiij. capitulo. Saluator noster tres mortuos suscitauit. scilicet filiam archisynagogi in domo patris Nathani. ix. Marci. v. et Lu. viij. Filium vidue extra portas dylatum Luce. viij. Et lazarium quadriduanum iam fenum et ligatum Iohannis. xj. In passione domini inter alia signa miraculorum multa corpora sanctorum surrexerunt. Nathani. xxv. Ipe saluator etiam mirabiliter surrexit a mortuis apprensus mulieribus Nathani. xxviij. Et discipulis clausis ianuis Iohannis. xx. Petrus vocauit thabitam mortuam. et illa aperuit oculos et resedit. Actuum nono. Cum paulus predicaret cecidit in fenestra terti ce naculi adolescens. et sublarus est et mortuus. ad quem descendens paulus in nomine domini suscitauit. Actuum vicesimo capitulo.

De morte communi

Mors

Ex peccatō in
orbē introiuit.
Vite carnis
deditus timet
homo dū vi-
uit
Sed veritate
preditus chri-
stum exquisi-
uit
Quā pressu-
re dedit? valdē
pcepit

Ortis sententiam
homo p peccatum
incurrit. quia dy-
bolus motus inuidia mor-
tem pcurauit. Inuidia em̄
dyaboli mors intrauit in or-
bem terrarum. Sapiē. scdo.
Nō solum scdm corpus sed
scdm animam homo moriē
p peccatum. Nam dictū est
primis parētib. quacūq;
hora comederitis et mādatū
hoc trāsgressi fueritis. morte
moremur. Genesis. scūdo
Lōga vita videbat̄ esse mer-
ces custodie legis vnde lon-

geuo vinetis tpe. Deutero.
xxij. Ob hāc causā ob me-
moriam q̄ patres nostri pec-
cauerūt et morteꝝ incurserūt
post descriptōē vite. cuiuslibet
aī diluuiū dicit et mortuus
est. Gen. v. Timenda est
mors scdm carnem cum sit
finis oīm terribiliū. patres
enim antiqui qui mortem ti-
mebāt cū tōne horribilitatis
eius. tamen quia nō poterāt
in celum ascēdere donec sal-
uator noster ascēdit qui ape-
ruit ianuam paradisi iō loth
timuit a scēdere montem ne
forte apprehenderet eū malū
et moreret. Gen. xix. Quā-
uis moyses seruus dñi vel-
let dño obedire. n̄ videt̄ q̄
libenter virisset si dñs volu-
isset. Unde dicit iratus est
dominus. ecce moriar i hac
humo. Deute. iij. Ezechias
rex magnus iustus et bonus
audita mortis sententia ab
isaia pphetā voce lacrimabi-
li pro plongatione vite do-
minū rogauit. Iste. xxviii
iij. Regum. xx. capitulo.

Iheremias suppliciter roga-
uit sedechiā ne eū occideret.
z similiter ne in carcere more-
retur Iher. xxxviij. Ante ad-
uentum spūs sancti mortem
timebant apostoli. nā in pas-
sione domini omnes fugiēt
Matth. xxvj. Mors bona z
in bono statu hoīs est appetē-
da. Aliqñ etiam mali deside-
rant bene mori. Sic balaam
dicebat. moriatur aīma mea
morte iustoz Numeri. xiiij
Thobias iustus mortem de-
siderabat dicens Precipe in
pace repom̄ seu recipe spiritū
meū Thobie. iij. Apostoli sic
sunt post aduentū spiritus san-
cti confortati vt mortem z ver-
bera non timerent. Unde le-
gitur in actibus apostolorū
Ibant apostoli gaudentes a-
spectu p̄siliū qm̄ digni habi-
ti sunt pro nomine ihesu con-
tumeliam pati Actu. v. De-
siderabat paulus mortē cuz
dicebat In iherusalem nō so-
lum ligari. sed etiā mori cu-
pio p̄ noīe domini ihesu xp̄i.
Actu. xxj. Item dixit. Si di-

gnum morte aliqd̄ feci nō re-
cuso me mori Actu. xxv. Ali-
bi dixit Cupio dissolui esse
cum xp̄o Mortem deside-
rāt hoīes cū aliquas graues
sustinent passioēs. vt ab eis
cuius eruant. Sicut helias
sedens sub iunipero petiuit a-
nime sue vt moreret. iij. Re-
gum. xix. Post contumeliā ab
ancilla receptam orauit fara-
dicens. Peto dñe vt de vino
culo improperij huius me e-
ripias Thobie. iij. Jonas af-
flictus afflictōe magna z ira-
tus orauit dicens Tolle que-
so aliam meam a me. qz meli-
or est mihi mors q̄ vita. Jo-
ne. iij. Per mortem crucis
quā saluator noster sustinuit
ostendit qd̄ nō solum mortē
sed etiam omne genus tribu-
latōis christianus sustinere
debet libenter Matth. xxvij.
Quāuis paulus vitaret in si-
dias z de ciuitate in ciuitatē
fugeret p̄sequētis nō timo-
re mortis hoc fecit. sed furori
cedens vt exēplū preberet z
seuilitati maiori reseruaret.

Actuum p totum.

De morte horrenda ma/
lorum.

Homicide

Tyranni

Luxuriosi

Aequiuosi

Morte horri/
bili moriunt

Sacrilegi

Parētes ne/
gligentes

Vali consili/
arii.

Orte horrenda mo/
riunt homicide ali/
orū sanguinē effun/
dentes. sic cayn qui fratrem
suū occiderat fuit a lamech
postea interfectus. Gen. iiiiij.
Pharao qui submergi fece/
rat pueros hebreorū in mari
cū exercitu suo ē submersus
Exod. iiiiij. Adonyboseth q
manuū summitates ⁊ pedū
absciderat ab alijs filiter ipse
p̄cissus ē. Judi. j. Salmāna
⁊ zebē qui frēs occiderāt ge/
deonis a ge deone filiter sunt
ocasi. Judicū. viiij. Abime/
lech qui. lxx. frēs sup lapidē
occiderat fuit sub vna femia

p̄cissus mole fragmine ⁊ in/
terfectus. Judicū. ix. Ado/
lescens qui saul se dixerat oc/
cidisse fuit dauid iussioibz
interfectus. ij. Reg. j. Latro/
nes qui occiderunt isboseth
fuerūt a dauid interēpri. cui
crediderūt cōplacere. ij. Re.
iiij. Joab qui duos viros p
ditidē occiderat fuit salomo/
nis impio interfectus. tercij
Reg. ij. Sambri qui occidit
helam regem post octo dies
in palatio se p̄bussit. iij. Re.
xvi. Achab qui iniuste fecit
lapidari naboth. canes eius
sanguinē potauerūt. iij. Re.
xxij. Jezabel homicidā ihu
p̄cipitari mandauit ⁊ equoz
pedibz p̄culari. iij. Reg. ix
Athalia que oē semen regiū
extirpauerat. ipsa valde tur/
piter ē extincta. iij. Reg. xi.
Andronicus i eodē loco oc/
cubuit occisus in quo fecerat
onyā trucidari. ij. mach. iij.

Morte horrenda moriunt
tyrāni qui alios iuste oppri/
mere detestant. nā zyara ty/
rānus p̄ manuꝝ femie clauo

et malleo est confossus Iudicum. iij. Saul qui iniquus persecutus est dauid seipsum pro gladio interfecit. primi Regum. xxxj. Impius benadab a sermo suo a saxe. fuit dei iudicio iugulatus. iij. Regum decimo. Joas tyrannus ingratus qui fecerat zachariam lapidari fuit a propriis feruis interemptus. iij. Regum. xxij. et ij. Paralipome. xxij. Holofernes qui multa vastauerat per manum femine capite truncatus est. Judith. xij. Superbus tyrannus a man qui se fecerat adorari fuit suspensus patibulo quod prepaueat marдохeo. Ester. vij. Antiochus qui multorum viscera torserat est dolore viscerum interemptus. ij. Machabeorum. ix. Jason qui fratrem captiuauerat. et multos expulerat per regem est mortuus et non sepultus. ij. Machabeorum. v. Hortenda morte moriuntur luxuriosi et maxime qui deseruiunt horrende luxurie. Nam quia

omnis caro corruerat in luxuria vias suas. facte sunt aque diluuij ex quibus mortui sunt omnes homines super terram Genesis. vij. Super sodomam pluit dominus sulphur et ignem. et subuertit nepharias ciuitates Gene. xix. Filij beniamin qui uxorem leuite turpiter deluserunt etiam crudeliter sunt destructi. Iudicum. xix. et xx. Almon qui sororem suam oppresserat ab absolone in conuiuio est occisus. ij. Regum. xij. De hac materia quere capitulo. lxxvij. de luxuria Morte turpissima moriuntur qui deus nequiter offendunt Nam nadab et abiu contra dei voluntatem ignem alienum offerentes sunt ab ignis incendio commutati. Leui. decimo. Blasphemus qui nomen domini blasphemaueat a populo lapidatus est Leuitici. xxij. capitulo. Chore dathã et abyron qui contra deum et moysen insurgabant. absorbit eos terra viuos Nume. decimosexto

Goliath supbum ⁊ dominū
blasphemantez dauid pprio
gladio interfecit. j. Re. xvij.
Sennachrib blasphemans
deum post fugam a proprijs
filijs est occisus. iij. Regū.
xix. Sedechias rebellis deo
fuit. ideo vidit filios occidi
ante se ⁊ ipse malo exitu clau
sit vitam. iij. Regum. xxv.
Alchimus dei aduersarius
pcussus est paralisi grauissi
ma ⁊ mortuus est cum tor
mento. j. Nachabeorum. ix.
Herodes qui sibi diuinas
vsurpauerat laudes pcussus
a vermibus expirauit. Actu.
xij. Morte horrenda mor
tuntur sacrilegi ⁊ raptores.
nam achar qui tulit de ana
themate aliquid diuino iu
dicio fuit lapidatus a poplo.
Josue. vij. Similiter sacrile
gus menela? turri altissima
est precipitatus. ij. Nacha.
iij. Lisimachus sacrilegus
digne iuxta eratum est occi
sus. ij. Nachab. iij. Anami
as ⁊ saphira fraudantes de
scio agri quod iam domino

erat creditū di iudicio morte
subitanea sunt puniti Actu.
v. Morte horrenda mor
untur parentes qui nō corru
gūt filios suos delinquēt es
⁊ filij spūalibz parentibz nō
obedientes vel eos in suis se
nectutibz deridētes. nam qz
heli nō correxit filios acriter
de eoz sceleribus d sella ca
dens fractis cervicibus ex
pirauit. Similiter ⁊ eius fi
lij duo ei non obedientes in
bello mortui sunt. j. Re. iij.
Absalon non solum nō obe
diens sed psequens patrem
suū capillis hrens querui
lancea fuit pforatus. ij. Re.
xvij. Pueri male nutriti q
deridebāt helizeum ab vris
sunt di iudicio deuorati. iij.
Re. ij. Virum qui noluit cre
dere helizeo cōculcauit turba
in civitatis exitu. iij. Regū
vj. Balthasar qui non fuit
patri serēplo correptus post
manum scribentis ad portaz
alias ad parietē fuit ea nocte
penaliter intersectus. Dan.
quinto. Morte horrenda

moriantur consiliarij mali sua
dentes mala ⁊ falsa testifica
tes Nam achitofel qui con
tra dauid dedit malum con
siliium laqueo se suspendit. ij.
Regum. xvij. Serba qui cō
mouit populū contra dauid
fugiens in abela alias in euo
la fuit decapitatus. ij. Regū
xx. Falsi accusatores damie
lis fuerunt a leombz deuora
ti. Daniel. xiiij. Duo senes
testes falsi deprehensi a pue
ro damiele iuste a poplo sunt
occisi Danielis. xiiij.

De morte preciosa
iustorum

Moriantur pre Patienter
ciose q̄ uiuūt Decenter.
Sapienter

Morte preciosa mori
unt martires qui p
eorz innocentia vel p
iusticia vel fide sustinent pas
siones Sic abel a cayn inno
center interfectus est Gene.
iiij. Miserrunt impij lapides

in zachariam filiū ioiade ⁊ eū
martirem secerunt. ij. Para
lipo. ij. Judas dixit si appro
pinquat tempus moriamur
⁊ nos in uirtute cum nostris
fratribus primi Machabeo.
ix. Post tormenta mortuus
est eleazarus exemplum for
titudinis derelinquēs. ij. ma
chabeo. vj. Septem fratres
cum pia matre eorū morien
tes pro legibz exempla simi
liter reliquerunt. ij. Macha.
vii. Pro uirtute ⁊ honestate
fuit iohannes baptista ppter
herodiadem decollatus Ma
the. vj. Stephanus plenus
spiritu sancto ihesus uidit qm̄
fuit a persecutoribus lapidat⁹
Actuum. viij. De hac mate
ria loquitur augustinus. iij. de
ciuitate dei dicens qd̄ deus tā
tam prulit fidei gratiam. ut
mors que uite contraria con
stat esse instrumentum fieret
per qd̄ transiret ad uitam

Morte preciosissima mo
riunt hoīes tribulati suas tri
bulatōes ⁊ passiones patien
ter ⁊ sine murmure tolerātes
o. j.

Ideo iob in ablacione reꝝ ⁊
peditiōe filioꝝ ⁊ infirmitate
corpis sic p̄tulit patiēter ut
in his omnibꝫ non peccaret
vixit post flagella centum et
xl. annis ⁊ filios filioꝝ suoꝝ
viditꝫ sꝫqꝫ ad quartā genera
tionem ⁊ mortuus est sener
Job. xliij. Lazarus pauper ⁊
plenus vlceribus mortuus
in sinū abrahe ab angelis est
deportatus. Luc. xvi. Quia
litercū qꝫ vixerat latro qui pe
pendit a dextris qꝫ penā cur
cis patienter sustinuit dixit.
nos digna factis recipimus
feliciter mortuus est. Luce.
xiiij. Saluator noster post
multas tribulationes mori
ens patri feliciter spiritū cō
mendauit. Jobā. xix. Et ita
oportuit pati christum. ⁊ sic
intrare in gloriā suā. Luc.
xxiiij. Morte preciosa mori
unt homines qui in mūdo
bene vixerūt. Nam nō potest
nisi feliciter mori qui bñ vi
xit. Nam scđm̄ augustinum
mala mors puranda non est
quāz bona vita p̄cessit. Sic

ambulauit enoch cum deo ⁊
tulit eum deus Ge. quinto.
Abraham mortuus est in se
necrite bōa p̄fecteꝝ etatis.
Genes. xxv. Completi sunt
dies ysaac. centū octoginta
annozū consumptusꝫ etate
mortuus est. Genesis. xxxv
Zaron cum expoliavit vestē
induit eleazarū ⁊ obiit. Nūe
xx. Mortuus est seruus dñi
moyses iubente dño ⁊ eū do
minus sepeliuit. Deute. xxx
viij. Curus ⁊ equi ignei di
uiserunt heliam ab helieo se
liciter affumentes. iij. Reg.
ij. Morte preciosa mori
unt homines qui cū bona
cognitione decedunt eoz sa
milias instruētes. sic iacob
finita instructiōe filioꝝ colle
git pedes super lectū ⁊ obiit
Genesis quadragēsimono
no capitu. Cum instruxisset
ioseph frēs qꝫ ossa eius as
portarent quando egredere
tur de egipto ad terram pro
missionis mortuus est in pa
ce. Genes. quinquagesimo.
Dauid post instructiōē filij

et facta oratione in bona obijt
senectute primi Paralipost.
xxi. Tobias. Pe est interius
meus Tobias. xiiij. Na
thathias post animo rōdem
filiorum appositus est ad pa
res suos. primi Nabatho
rum secundo.

De multitudine maloz

Damnati q̄
saluati.

Luxuriosi q̄m
casti.

Multo plu
res sunt

Infideles q̄
fideles

Cōtra iustici
am q̄ pro iu
sticia

Multo plures sūt ho
mines damnati et fi
lij dyaboli q̄ dei.

In cuius figura plures erāt
filij israhel q̄ isaac Gene.
xxv. Sercentaria milia viro
rum quingenti quinquagtra
numerati fuerūt. Numeri. j.
De quibus solum duo scilicet
caleph et Josue in terram
pmissionis intrauerūt. Num.

me. xiiij. In cuius figura ma
lor pars filioz israhel erant sa
nctarie quia decem tribus. m
nor autem in regno in iheru
salem scilicet due precise. iij.
Regum. xiiij. Multo plures
sunt luxuriosi et carnales ho
mines q̄ honesti et casti. Nam tem
pore diluuij solum octo inuē
ti sunt. scilicet noe et vxor. et
tres filij eius et vxores eorum
dem Omnis alia caro corru
perat viam suam Gene. viij.
In cuius figura abrahā plu
res filios habuit de cethura
q̄ de zara Genesis. xrv. In
quinq̄ ciuitatibus sodomor
um nō sunt inuenti decē viri
qui carnis vicio cōtaminati
nō essent. luxuriosorum maxi
ma multitudo Genesis. xvij.
iij. Multo plures hoīnes
sunt infideles q̄ fideles deo
et dominis secularibus et vza
lanis et fratribus et amicis. Nam
inter fratres ioseph qui erāt
vndecim. solum duos fuerūt
eum liberare volentes ceteris
procurantibus eius mortem
Genesis tricesimo septimo.

Missit moyses exploratores
duodecim ad terram promissio-
nis sed tamen duo scilicet iosue et
caleph fideliter peregrerunt.
Numeri. xiiij. Plures erant
cum absalone regnum patris
sibi iniuste usurpate quam fideles
cum dauid iuste et rationa-
biliter regnante. ij. Reg. xv.
Cum esset in hierusalem ma-
xima multitudo clamantium
dimitte barabam et dominum
crucifige non est inuentus vnus
fidelis qui peteret dominum
relaxari. Joban. xix. Quidam
iudei dixerunt romepaulo.
notum est nobis quod vbiq[ue] chri-
stianorum secte contradicunt
Actu. xxviij. Multo plu-
res sunt homines bellantes
pro iusticiam pro tyrannis quam
pugnando pro iusticia defen-
dendo oppressos. Nam tantus
bellatorum exercitus erat sy-
rie pro israhel quam puluis sa-
marie non sufficebat suis e-
quis. iij. Regum. ij. Tantus
erat exercitus holofemis ut
sicut locuste terram operirent
Judith. ij. Non remanserunt

cum iuda nisi octoginta viri
et in exercitu bachidis et al-
chimi perditoris viginti mi-
lia hominum pugnatorum. pu-
Bachabeoz. i. x.

De obediencia et subiectioe

Deo non gen-
tibus et oppo-
sitis

Presidentibus
sibi propositis.

Parentibus
nisi pacis sa-
luti oppositis

Facis patre-
tibus atq[ue] co-
positis

Non differē-
tibus modis
propositis

Magna iubē-
tibus sibi res-
positis

Ad plenum si-
cut decet via-
toris

Non obsequē-
tibus malis ex-
positis

Obedire de-
bet homo

Bedire debem? deo
magis q̄ hominibz
qui nobis precipiūt
p̄traria ad salutez. Unde ma
thathias dixit nūcio regis an
thiochi Et si omnes obediūt
anthio dō ego ⁊ filij eius o
bedimus deo primi mach. ij
Unus illozum septem fratꝝ
qui noluerunt obedire regi vt
carnes porcinas p̄tra p̄cep
tum domini comederent di
xit ¶ Parati sumus mori poti
us q̄ transgredi legem dei
secundi machabeoz septimo
¶ Petrus ⁊ iohannes p̄ncipi
bus sacerdotū precipienti
bus ne in nomie ihesu loque
rent taliter responderunt Si
iustū est respondimus audire q̄
deū iudicate Actuum. v

Obedire oportet prelati
siue ipsi boni fuerint siue ma
li dummodo ipsi bona preci
piunt Ideo dixit christus. su
per cathedram moysi sederūt
scribe ⁊ pharisei scientes om
nia. quecunq; dixerint vobis
facite Matxi. xxiij. Corneli
us dixit beato petro quem do

minus prelatum reliquerat
Omnes nos in p̄specu tuo
sumus parati obedire quecū
q; p̄cepta sunt tibi a domi
no Actuum. x. ¶ Paulus eli
gens sibi in socium barnabā
perambulabat firmans om
nes ecclesias. ⁊ precipiens o
bedire p̄ceptis apostolorū.
Actuum decimo quinto

Obedire debet homo pen
tibus si nō precipiāt que cō
tra salutem sunt Ideo dixit
paulus Obedite filij parati
tibus vestris in domino Co
losenses. iij. Sic ioseph obe
diuit patri suo mittenti eum
ad fratres suos q̄uis prius
accu sasset eos ex quo timere
poterat. nec p̄pter hoc obediē
tiam recusauit Genes. xx
.xviij. capitulo. David iam
vinctus in regeꝝ obediuit pa
rentibus ⁊ fratribus victua
lia deportando. primi Regū
decimo septimo Tobias in
mior dixit patri Omnia que
prece disti faciam pater mi.
Tobie. v. Patrimis etiam
qui remanent loco p̄ris obe
o. iij.

dire debemus. sic beffer obe-
diebat in omibz mardocheo.
sicut quando nutrebat eam
parulam. **Better. secundo.**

Obedire debet homo non
solum lingua sed etiam ope
nam magnam obedientiam
pmiserunt filij israel dicen-
tes. oia que precepit nobis
deus faciemus. statz postea
praria facientes. **Ero. xxiij**
De obedientibz verbo ⁊ nō
facto pponit deus exempluz
duorum filiozū quoz vnus
dixit se iturum ⁊ laboraturū
in vineam ⁊ nō iuit. alius ne-
gavit. ⁊ iuit. **Matlx. xxi. ca.**
Obediendum est pmprenō
pcastinandū. sic noe sponte
obediuit deo in omnibz que
precepit sibi **Gene. viij. cap.**
Ad prelationes assumpti te-
bent quantū possunt vēnuere
ex humilitate sed ad volun-
tatem maioris postmodum
obedire **Exemplo moysi** qui
quinq̄ies se excusauit d̄ du-
catu ppli postea humiliter o-
bediuit. **Ero. tercio ⁊ quarto**
Filij israel ad preceptū dñi

pmpre erigebant tentoria ⁊
ad eius imperium festine et
sollicite reponebant. **Mūeri.**
nono. **Ciro ⁊ perfecte** obedie-
runt illi apostoli. qui statim
relictis vberibus secuti sunt
dominum. **Mathei. quarto.**
Similiter etiā legitur d̄ ma-
tixo qui relictis omnibus se-
cutus est eum. **Luc. quinto.**
Mat. ix. **S**aulus audiēs
vocem ihesu pmpre respon-
dit. domine quid vis me fa-
cere. vbi patet q̄ correctio ⁊
castigatio facti hominē obe-
dientem. **Actuum. ix. capi.**

Obedire debet homo quā-
tūcunqz sibi mandatur diffi-
cile. nam abrahaz mandatū
circumcisionis licet difficile
esset non distulit adimplere.
Gene. decimosextimo capi.
Graue erat abrahæ d̄ filij im-
molatione preceptum quod
nisi deus aliter ordinasset si-
ne mora implere voluisset.
Gen. vicesimo secūdo capi.
Hanc amonitionem fecerūt
serui naaman dicentes. **S**i
rem grādem dixisset tibi p̄

pheta. certe facere debuisses.
Ubi patet q̄ confortatio va-
let ad obediendum. .iiij. Re-
gum. v. Mirabilem ⁊ diffi-
lem obedientiam impleuer̄t
rechabite a patre ipsorum ip-
sis mandatum. quia non bi-
bebant vinum nec edificabāt
domum in sempiternum. Ihe-
ranie tricesimo quinto capi.
Predixerat domin⁹ salomo-
ni q̄ si eius precepta serua-
t in sempiternum super Isra-
hel thronus esset. tercij Re-
gum nono. Preceptum cir-
cumcisionis licet difficile. ta-
men saluator in se voluit ad-
implere. Luce secundo. O-
bedientes ad plenam victo-
riam temptationum in mun-
do pro mercede recipiunt. et
exaltationem in celo. ⁊ ideo
dixit salomō. Uir obediens
loquitur victorias. Prover-
biorum vicefimoprimo ca.
In cuius rei figura quando
cunq; filij israel de manda-
to domini pugnauerūt. pau-
ci de multis victoriam habu-
erunt. Numeri. xxij. capitulo

Propter banc causam erent
plo obedientie. in saluatore
nostro p̄ponit apostolus no-
bis dicens. Factus est obe-
diens vsq; ad mortem. Et po-
nit fructum obedientie subse-
quēter dicens. Propter qd̄
⁊ deus exaltauit illum. ⁊ de-
dit illi nomen quod est sup-
omne nomen. ad Philippē.
rusalem vitans pfortia eoru.
Thobie. j. Societas ma
la causa est perdendi p solato
nes diuinas. Nam donec A
brabam fuit inter chaldeos
non legitur aliquas p solatio
nes habuisse. sed illis relic

tis habuit plures. Genesis
xij. et xvij. capitulis. Fugie
te iacob malum fratrem. do
minus multipliciter pforta
uit cum Genesis. xxvij.
Societas malorum ducit ho
mines ad magna picula. na
ppter societatem et habitatio
nem quam lorib habuit cum
illis de yodomis debellatus e
Genesis. xiiij. Ideo precepit
moyses populo recedere a ta
bernaculis impiorum ne cum
eis perirent. Plume. xvj. De
causione achab qui tulit dana
thmate fuit populus in pre
lio superatus Josue. vij. ca.
pitulo. Propter quosdam
qui commiserunt facinus fu
erunt quasi omnes filij bema
min destructi. Judicum. xix.
Propter quosdam malos de
tomo saul facta est fames in
terra donec occisi sunt. ij. Re
gum. xxj. Josaphat bonus fuit
fere occisus vadens cum achab
ad prchium. ij. Regum. ij. Ho
mo dei dixit ad amasia quod de
bellaret si iret cum israel qui tunc
erat malus. ij. Paralip. xxv

Quando iudas machabeus
fuit sociatus romamis tūc ⁊
nō prius fuit debellatus. pri
mi. macha. ix. Societas
maloz causa ē multaz inu/
riarum. Nam loth iniurias
multas ⁊ iacturas sustinuit
a sodomitis cum quibz ha/
bitabat. Gen. xix. Quidam
mali sic ꝑcitauerunt bonos
vt paulum facerēt lapidari.
Act. xiiij. Demetrius argen
tarius in epheso omnes bo/
nos ꝑturbauit. Actuum. xix

Societas mala causa est
peccatoz multoz. Nam ami
cicia quam habuit amon cū
ionadab dedit ei viam vt op
primeret thamar sorozē suā
ij. Reguz. xiiij. Multi prius
nescientes rebellionē post ad
heserunt absalomi regi suo re
bellauerunt. ij. Regum. xv.
Dochias fecit malum corā
domino quia erat gener ⁊ so
cius domus achab pessimi.
ij. Reguz. xxij. ca. Amicicia
duozum senum malozū fuit
causa falsi impositi susanne
⁊ mortis eozum Dani. xiiij.

Petrus quando fuit cū mi
nistris iudeozum chrisū ne
gavit quem cum discipulis
est ꝑfessus. Mat. xxvij. ca.
Helymas magus querebat
auertere proconsulem a fide
ideo ei associabat. Actuum
decimotercio. Societas
malozum facit eos ꝑcordes
in malo vt nocēat bonis. nā
balach ⁊ balaam ꝑcordaue
runt se ad maledicēdum ꝑ/
pulum dei. Numeri. vicesi/
mossecundo. Adoniboseth ⁊
quatuoz reges ꝑcordes fue
runt contra gabaomtes qui
fecerunt pacem cum iosue ⁊
filijs israhel. Josue. xi. capi.
Iabin rex asoz cum pluribz
alijs regibus ꝑuenerunt cō
tra iosue ⁊ filios isrl. Josue
xi. capitu. Adian ⁊ abime
lech ⁊ ceteri orientales con/
tra populum domini conue/
nerunt. Iudicum nono cap.
In passione chrisi herodes
⁊ pilatus facti sunt amici cū
ante inimici erant. Luce. vi
cesimotercio ca.

De spe & longanimitate

Petitorum re-
promissiones
licet differan-
tur.

Spare de-
bent hoies

Aduerforum
consolationes
quando tribu-
lantur.

Triumphorum
coronationes
quando preli-
antur.

Sperare debet homo
& expectare bonum re-
promissum licet dif-
ferat. Nam multis annis ex-
pectavit abraham, quod centena-
rius erat quam natus est ei fili-
us suus ysaac Genesis. xxj.
Ad promissionem abrahe facta ut
quod ad ingressum seminis sui
in terram promissionis fluxerit
anni quadringenti. Erat syme-
on in iherusalem expectans
consolationem israel. i. aduen-
tum christi Luce. ij. Ascensu
rus christus in celum precepit a

postolis ne discederent. sed ex-
pectarent promissum patris.

Actuum. i. Sperare debet
tribulari recipere consolationem
Nam promisit dominus ista
hel flagellari longo tempore
in egipto & in deserto. antequam
venirent ad terram promissio-
nis que erat patribus repro-
missa. ut patet Exodi secun-
do. & Numeri per totum. **A**s-
suetus corpore orbatu filius
spoliatus rebo dicebat iob. Si
occiderit me deus sperabo in
eum Job. xij. Patentibus
thobie videntibus eum & dice-
ribus. ubi est spes tua. respon-
dit. Filii sanctorum sumus.
& vitam illorum expectamus
quam daturus est dominus
his qui non mutauerunt fide-
m eius Thobie. ij. Cum susa-
na esset morti deputata. erat
cor eius habens fiduciam in
domino Danielis. xij. cap.
Unus illoz septem fratrum
cruciatu a tyranno ait. De
celo mebra ista possideo. sed
propter leges dei excipia despi-
cio. quia ipsa me recepturuz

v. j.

Spero. ij. Machabeoz. vij. ca-
pitulo. Sperare debet ho-
mo victoriã dum est in bello
Nam filij israhel cõtra tribũ
beniamin preliantes preliari
sunt. tandem sperantes in do-
mino victoriã habuerunt
Judicum. vicesimo capitu.
Dixit dauid philisteo tu ve-
nis ad me cum gladio ⁊ ba-
sta. ego autem venio ad te in
nomine domini sperabat em̃
firmiter obtinere victoriã
⁊ sic factum est. primu Reg.
decimo septimo.

De stragibus ho-
minum diuersis

Delinquenti-
bus p male-
ficijs vt puni-
antur

Strages
facte sunt
multe

De nõ credẽ-
tibus vt con-
fundantur

De innocẽti-
bus dei iudi-
ciji que igno-
rantur

Trages hominum
permittit deus fieri
propter peccatũ. Naz
terribilis strages hominũ et
aialũ facta ẽ tpe diluuij qũ
solũ octo anime rõnales re-
manserũt. Gene. vij. Quor
homines pierũt diuersis pla-
gis in egypto ⁊ i mari rubro
quare exẽpla in libro erodi
p totũ. De sexcentis milibz
bellatoz hominum a viginti
annis ⁊ supra numeratis.
Ihuẽ. j. Nõ intrauerũt in ter-
ram pmissionis nisi duo scz
caleph ⁊ iosue. sed oẽs aliq
pierunt in deserto ppter pec-
cata eoz. Deutero. j. ⁊. iij.
Ihuẽ. xxxij. Occasione vro-
ris leuite. lxx. milia hominũ
preter mulieres ⁊ paruulos
oẽs sunt occisi. Judicum. xx.
Propter supbiam numera-
tionis ppli p dõ factã ecide-
runt. lx. milia hominũ viroz
q. Regũ. xxiiij. Strages
magna facta est õ infidelibz
a fidelibz iuuãte deo. nã ma-
gnã cedẽ fecerũt filij israhel
madianitis qd patet in pda

quam fecerunt. que fuit. xij.
milia uirginū. omnes autem
mulieres corrupte et uiri occi-
si fuerunt Num. e. xij. Tem-
pore ioseph fuerunt occisi infi-
mici infideles tam in ciuitati-
bus quā in castris Ioseph p totū
Temporibus delibore gundo-
nis et iephre multi fuerunt oc-
cisi. ut patet Iudicij. iij. v.
vi. et viij. Interfecto goliath
multi philistei fuerunt inter-
fecti. i. Regum. xvij. Aduer-
sus galaaditas sex milia pe-
rierunt et. xx. milia hominum
p auxilium eis datum a deo
q. Machabeoz. viij. Prop-
ter prelia que comisit iudas
machabeus contra apollonij
et saron principem exercitus
eius. de quibus habet. p. i.
Machabeoz. iij. legitur. xij.
habuisse victorias. ab octa-
uo capitulo secundi Macha-
beoz vsq ad finem. in qui-
bus multa milia hominū pe-
rierunt. In primis ceciderūt
be hris qui erant cum mcha-
noze. ix. milia. postea de hris
qui cū thimotheo et bachide

erant. xij. milia hominum. Item cū
lilia. xij. milia. postea in quo-
dam presidio thimothxi. x. mi-
lia. Item cū anthiocho sede-
cum milia. Deinde in char-
mon fortissima ciuitate. xij.
milia. Item in ephron. xv.
milia. In castris anthiochi
impatoris. iij. milia. Item
cum mehanore. xv. milia.
Nūc oim occisorū. cccxj. mi-
lia. Puerorū nūcus nō poni-
tur Genesis. xij. Stra-
ges hominum aliquā facta ē occul-
to dei iudicio de bonis. Nā
magnā stragē fecerūt illi. iij.
reges quī delibauerunt. v. re-
ges licet occisorū numerus
nō ponat Ge. xij. In diebus
heli quī capta fuit archa ceci-
derūt de israhel. xxx. milia pu-
gnatorū. j. Reg. iij. Aza rex
iuda hūit in exercitu suo quē-
genta. lxxx. milia pugnatorū.
ethiopiū do erāt decies cente-
na milia et uenērūt ethiops ad
iteritū. ij. pal. xij. Phacee fi-
lius romelie occidit vno die
de iuda centū viginti milia
bellatorū. ij. Paralipo. xv. iij

Tempore aman superbi ceci-
derunt in regno assueri. xxxi.
milia medozum. Hester. ix.
capitulo. Quando anthio-
chus cepit hierusalem fuerunt
interfecti. viij. milia ⁊ qua-
draginta milia vincni ⁊ non
minus venditi. ij. Machabe-
ozum quarto capitulo. De-
cisus est iudas cum multis
⁊ reliqui fugierunt. p. Machabeozum. ix. capitulo.

De superbia
⁊ iactantia.

Suis maio-
ribus inobedi-
entes
A supioribus
suis cito rece-
dentes.

Superbi ⁊
vane gliosi
sunt

Summis in
honoribus glo-
riam queren-
tes.
Multis faci-
nozibus tam
inducentes
Moribus bo-
nis resistentes

Superbi sunt inobe-
dientes deo ⁊ suis
superioribus. nam
eua propter excellentiam quaz
perierit cum audisset. Erans
sicut diij. ⁊ cetera. de fructu li-
gni vetui comedit. ⁊ ideo in-
obediens fuit deo. Genesis.
ij. capi. Agar ancilla conce-
pisse se vidēs desperit domi-
nam suam Genesis. xvi. ca.
Pharao supbus nolēs deo
obedire dixit. nescio dominū
⁊ israel non dimittam. Ex-
odi. decimoquinto capitulo
Rebellior inobediētia chore
⁊ complicum suozum ex su-
perbia magna pcessit. Psal. xvi.
Supbia ⁊ elatio ducūt
hominem ad depressionem ⁊
humilitatem. quia qui se hu-
miliat exaltabitur ⁊ qui se ex-
altat humiliabit. Luc. xviij.
alias. xiiij. ca. Ideo volētes
supbe edificare turrim habu-
erūt diuisiones linguarum.
Genesis. xi. capi. Grauitate
fuit punitum peccatum ela-
tionis dauid quādo populū
numerauerat. ij. Reg. xiiij.

Alman qui volebat ab homi-
nibus honorari fuit suspensus
partibulo Hester septimo.

Balthasar ppter suam super-
biam interfectus est. ⁊ dari-
us ei successit. Danielis. v.
Nabuchodonosor ppter eius
superbiam depositus est de so-
lio suo. ⁊ gloria sua ablata ē
Danielis quinto Nabuchoz
ita erat supbus q̄ vendebat
iudeos anteq̄ eos in campo
vincebat. ⁊ tamē debellatus
fuit. primi Machabeo. viij.
Fugatus turpiter antioch⁹
de pfidis supbe locutus est.
sed deus percussit eum in sa-
nabili plaga. ij Machabeoꝝ
ix. Herodes supbe indutus
cum populus clamaret ei di-
uinas laudes. ab angelo est
percussus Actuum. xij Super-
bi desiderant gloriā ⁊ ho-
nores. Nam saul petijt corā
samuele a populis ⁊ seniori-
bus honorari. j. Regum. xv
Ad custodiam turris positi.
dixerunt. faciamus nobis no-
men grande. primi Macha-
beoꝝ. v. Contra gloriantes

de primogenitura est q̄ cayn
natus est ante abel. Genes.
iij. Esau ante iacob. Gene.
xxv. Manasses filius ioseph
ante effraim qui tñ benedicti-
onē recepit Genesis. xxvij.
David fuit inter frēs muni-
mus. j. Regum. xvj. Adomi-
as natus est ante salomoneꝝ
ij. Regum. iij. ⁊ tñ salomon
obtinuit regnū. iij. Regū. ij.

Supbia est causa multo-
rum peccatoꝝ. Nā voluntas
dominandi quam habuit ihe-
roboā timens ne populus re-
dierit ad dñm david fecit cū
ydolatrare. iij. Regum. xij.
Postvictoriā habitam de ar-
phaxat nabuchodonosor am-
plius est eleuatum cor eius.
⁊ multas gentes ⁊ regna de-
struxit Judith. j. Antioch⁹
intrauit sanctificationem cū
superbia. ⁊ accepit altare au-
reum. j. Machabeo. j. Alchi-
mus supbe ⁊ false accusabat
iudam ⁊ populū iudeoꝝ pri-
Macha. vij Discipuli cum
gloriarent dixerunt. ⁊ demo-
nia subijcientur nobis. m̄dit

christus. Videbam sathan
 quasi fulgur de celo cadentē
 sē vt vos ad peccata traheret.
 Luc. decimo. Supbi
 sunt dedignantis nature. nā
 abimelech percussus a muli
 ere vocauit armigerum suuz
 dicens ei. percutem e ne di
 carur q̄ a femina pcussus ⁊
 ocafus sum. Iudicum. ix.
 Hycanoꝝ iudeis dicentibꝫ ē
 deus potēs in celo qui iussit
 agi diem septimum. indig
 natus respōdit. ⁊ ego potēs
 in terza impeto negocia regis
 impleri. ij. Nababozum.
 decimoquinto.

**De suspitione
 falsa credulitate**

relatores ma
 le cogitantes
 Falforū cre
 ditores atq̄
 approbantes.
 Bonorum p
 uerfores pra
 ue commurā
 tes.

**Suspiciosi
 sunt**

Suspiciosi sunt zelo
 rxi d̄ suis vxoribꝫ
Ma cogitauit abra
 ham q̄ non erat timor in ge
 raris. ⁊ ideo timebat occidi
 ab iphs p̄ vxore sua ⁊ q̄ oc
 cideretur p̄ ter vxorem suā.
 Gene. xx. Postq̄ turbatus
 fuit assuerus contra aman ⁊
 ille iaceret sup lectum hester
 rogans eam p̄ salute sua di
 xit rex q̄ volebat reginaz op
 primere. Hester. vij. capitu.
Suspiciosi vt plurimuz
 sunt falsa credentes. **M**a su
 spicatus est laban q̄ iacob
 furat⁹ esset deos suos ⁊ ser
 uatus est omnem supplecti
 lem suā. ⁊ tñ eas furata fue
 rat radcl. Gen. xxxi. Mens
 turbata sp̄ p̄sumit seua. Sa
 pi. xvij. Iacob vidēs tunicā
 rinctā in sanguie credidit io
 seph esse a bestijs deuoratū.
 Ge. xxxvij. Frēs ioseph du
 cri ad comedēdū crediderūt
 q̄ vellz eos subiugare fuitu
 ti. Ge. xliij. Cū iussz sapsōn
 in domū patris sui crederet
 p̄tes vxoris illius q̄ odio

repudiasset eam ⁊ tradiderūt
eam alteri Iudiciū. xv. Circē
tes discipuli dominiꝝ ambu
lare super mare. putauerunt
eum esse fantasma. Machi
xiij. Discipuli timebāt pau
lo adherere suspicantes eum
non fore puerum Actū. ij.

Suspiciosi omnia bona
puerunt in malum. Haz be
liuidens annam orantem. a
lias flentem ⁊ uerbum non p
ferentem existimabat eā ebra
am esse. primi Regum p̄rio
Misit dō nuncios ad psolan
dū regē amon sup morte pa
tris. Principes autem eius
suspicati sunt q̄ causa explo
rādi uenissent. ij. Regum. xij
Cum iheremias iret ad terrā
beniamin custos porte ei im
posuit q̄ ad chaldeos iret.
Iheremie. xxvij. Tortores
qui eleazarum torquebāt ar
bitrati sunt uerba eius ex su
perbia plata. ij. Machabeo.
vj. Phariseus qui inuitate
rat christum uidens mulierē
flentem suspicatus est ⁊ mur
murauit Lu. vij. Alius pha

riseus uidens publicanū orā
tem suspicatus ē de eo malū
Luce. xviij. De apitolis va
rijs linguis loquentibꝝ dice
bant iudei q̄ erant ebrj. Ac
tu. ij. Barbari uidentes uipe
ram pendentē ad manū pau
li ⁊ non aliq̄d malum haben
tem crediderunt eum esse ho
micidā ⁊ magum Act. xxvij

De temptatōe hoīs a deo

In uoluntatibꝝ
sunt sequētes
ei credendo.

**Temptat de
ustroies. si**

In prosperitati
bus sūt se cor
rigentes bene
uiuendo.

In aduersita
tibus sunt pa
tientes nō cō
querendo

Emprat deus aliqui
do homines ut p̄ber
si sunt obediētes ei.
vel si sibi credant. Sic temp
tauit deus abrahā ⁊ dixit.
Tolle filium quē diligis ysa
ac ⁊ offer illum. Genes. xxij.

Dixit dominus ad philippū
vñ ememus panes vt man
ducēt hi. hoc autem dicebat
temprans cum. ipse em̄ scie
bat quid esset facturus. Jo
hannis. vi. **Tēptat** deus
homines in p̄speritatibz tē
poralibz ⁊ spūalibus vtrum
scz bonum faciant Sic tēp
tauit populum in deserto di
cēs. ego pluam vobis panē
de celo colligat q̄libet quātū
sufficere possit vt temp̄tē po
pulū vtrum ambulet in vñs
meis vel in lege mea. Exo.
xvi. **Loquente** domino moy
si cūctus populus audiebat
voces. videbāt lampades ar
dentes ⁊ montem fumigātē
⁊ dixit moyses. vt probaret
vos venit deus ⁊ ne peccare
tis. Exodi. xx. **Temprat**
deus homines seu pbat tri
bulationibus vtrum habeāt
virtutem patientie. vñd nō
deleuit dominus penitus gē
tes de terra p̄missionis vt p
iosas probaret israhel si cu
stodirent eius mandata. Ju
dicum secundo. **Nō** deleuit

dominus chananeum ⁊ sico
mum atqz quinqz satrapas
philistinorum vt discerēt fi
lij certare cum hostibus ⁊ ha
berent cōsuetudinem p̄elian
di. Judicum. iij. **Dereliquit**
dominus egechiam vt temp
tareē ⁊ non fierent om̄ia que
erant in corde eius quando
venerunt nuncij regis babi
lonis ad eum. ij. para. xxij.
Postqz thobias fuit excec
tus sustinuit hanc temptati
onem. ⁊ ideo permisit deus
illi cuenire vt posteris erem
plum patientie dareē. Tho
bie. ij. **Judith** dixit tempore
obsidiōis holofernis memo
res esse debemus quoniam
temprati sunt patres vt pro
barent̄ fixere colerent deum
Judith viij. **Job** p̄ multas
tribulatōnes dicebat. proba
uit me dominus quasi aurū
quod per ignem transit Job
xxij. **Probauit** ihesus perz
ambulantem super mare per
ventum scilz tribulationum.
Mathe. xij.

**De temptatione
dei ab homine**

**Se exponen/
do ad magna
pericula cū de
speratis**
**Leptare nō
oꝝ homo deū**
**Sepe perden
do teporis cur
ricula cum ob
obstinatis**

**Emptare non debet
homo deū exponen/
do se periculis sicut**
desperatis dicit. si non pmi/
fit deus non nocebunt mihi.
Ideo abrahā ingrediens egi
ptū. prudenter tacuit zaram
esse uxorem suam ne se ⁊ illā
discrimini exponeret Genes
xij. Simile fecit idem Abra
ham. Genes. xx. Et ysaac
etiam fecit idem Genes. x
xvj. Nisi enim sic fecissent d
um quemadmodum temp/
tassent. vt dicit augustinus.
Quia semel separatis filijs
iscabel iterum se periculis ex/
posuerunt temptantes deum
⁊ ducentes secum archā do

mini. vbi archa capta fuit. et
ipsi debellari. primi Regum
iij. Sciebat dauid se regna
turꝝ post saulem. quia vnctus
erat a samuele. nō tamen cō/
mittebat se discrimini. s; cu/
stodiebat se vt debebat ⁊ me
lius poterat. ne incideret in
manus saul. primi Regum
xxvj. Cum piscis inuasisset
thobiam non expectauit vt ā
gelus eum eriperet. sed ipse/
met se iuuit. ⁊ branciam pisc/
cis arziptens tenuit piscem.
cum tamen angelus cito po
tuisset liberare eum. Thobie
vj. Saluator temptatus vt
se de pinnaculo templi preci
pitaret. respondit dyabolo.
Non temptabis dominuz de
um tuum Mathei. iij. ⁊ Lu
ce. iij. Paulus cum poss; ex
pectare ⁊ miraculose euade/
re. voluit tamen p sportā sub
mitri de muro Acreum. ix. I
tem cum tribunus vellet euz
facere torqueri dixit se esse ro
manum ciuem Acreum. xij.
Item cū haber; iniquū iudi
cem ad cesarem appellauit.

Actuū. viceſimoquinto. ca.

Tēptant deum obſtinati
7 peccatores ſicut populus
iſrahel multoties temptauit
deum in deſerto Num. xiiij
Quam qui ſtatueraſt popu/
lo terminum reprehendit iu/
ditib dicens qui eſtis vos q̄
temptatis dominum deum.

Judith. viij. Iudeis querē/
tibus ſi licet tributum dare
ceſari an non vt iheſum cape/
rent in ſuo ſermone reprehen/
dit iheſus dicēs. vt quid tē/
ptatis hypocrite. oñdite mi/
hi nūmiſina cenſus. cogno/
uerat enim nequiciam eorū.

Mathe. viceſimoſecūdo ca.
Cum eieciſſet demoniū ihe/
ſus 7 locurus ē mutus qui/
dam temptantes eum que/
rebant ſignum ab eo de celo
Luc. vñdecimo. Mathe. xij
Dure increpans petrus di/
xit ſaphire uxori ananie. qđ
cōuenit vobis temptare ſpi/
ritum ſanctum. Actuū. v.

De tēptatione
diaboli

Quia ſagaci/
ter cum violē/
tia 7 fraudu/
lētia habz of/
ferre

Item non eſt
credendū qz
mēdaciter ha/
bet verba pro/
ferre

Tēptationi
diaboli non
eſt credendū

Item non eſt
obſequendū
quia tenacit̄
cum violētia
habet inferre.

Sed reſiſten/
dum eſt perti/
naciter 7 cum
prudētia illa
reſerre

Emprat diabolus
ſagaciter 7 cuz frau/
dulētia

Ma in ſer/
pente callide genuſ humanū
temptans incepit a parte de/
biliori ſcilicet a muliere. Ge.
iij. Item erplozando a lōge
incepit 7 non ex obrupto co/
medere pomū ſuaſit. Gene.
iij. Item non temptauit mu

hierem de peccatis ad que nſ
lam habebat inclinationem.
sed de esu pomi suafira de cu
rositate sciendi bonum r ma
lum .r de dignitate maiori.
Gen. iij. Sagaciter surzexit
sathan ptra israhel cum inci
tauit dauid vt populum nu
meraret. ij. Regum. xxiij. et
j. Paralipo. xxi. Sagaciter
pcurauit mortem chrisſi cuz
mitteret in cor iude vt trade
ret eum Johan. xiiij. Tēp
tat etiam dyabolus mentiē
dor vnum p alio ostēdendo
Nam negauit primis peni
bus penā transgressiōis di
cens. Nequa q̄ moriemini.
r pmisit bona ex transgressi
one puentia dicens. Cri
tis sicut dñj Genes. iij. Sal
uatori ondit ipse dyabolus
omnia regna mundi dicens
Hec omnia dabo tibi si pci
dens adoraueris me. Scrip
ta etiam diuina peruertit di
cens Angelis suis manda
uit te te Matxi. iij. r Luce
iij. Ob hāc causam dixit pe
trus ananie Cur temptauit

vos sathanas mentiri spūi
sancto Actū. v. Tēptat
etiam dyabolus tribulacōes
inferendo. sicut petijt iob tēp
tare in rebz suis .r postea in
psona r filijs suis Job. j. r
iij. Instāte passione dixit ihe
sus symon. Sathan expen
uit vos vt cribraret sicut tri
ticum Luce. xxiij. Tempra
tiones vincere volēs debet v
ti sapientia in resistendo r nō
debet alicui reuelare hōi quē
credit de eodem vel simili vel
maiori esse temptatum . sed
alicui viro discreto r sancto
quem cōfortet eum in bono.
Nam illi duo senes tempra
tiones sibijnuicem reuelan
tes ad peius prouocati sunt
Danie. xiiij. Christus in sua
temptatione quando fuit tē
ptatus de tribus . scilicet de
auaria gula r superbia. ad q̄
possent omnes temptacōes
reduci. Ipse autem non per
potenciam sed per sapienciā
r scripture verba vicit r nos
vicere docuit Matxi r Lu
ce quarto capi.

De timore domini

Subsistere i
perfectōne ne
decipiat.

Desistere ab
offensione ne
reñciat

Perfistere in
dilectione vt
lex impleatur

Resistere ne
punitōe gra
ui puniat.

**Timere dicitur
homo deus
vt possit**

**Timere debet homo
semper deum quousque
ad beatitudinem cō
firmatus nō potest homo eē
securus. nam angeli in celo
et primi parentes in terrestri
paradiso peccauerūt. Gene.
iij. capi. Loth qui inter pessi
mos peccatores fuit bonus
postq̄ inde ab eis eruit in e
briatus cum filiabus pecca
uit. Genesis. decimonono.**

**Timor dei facit homines
a peccato desistere et peccata
cauere ideo credebatur abrahā
quod abimelech faceret eū occi**

**di propter saram dicens cō
gitauit quod non esset timor dei
in loco isto. Genesis. xx. ca.**

**Obstetrices timuerunt deū
ideo non necauerūt filios he
breorum. Exod. primo cap.**

**Lixobias timor qui exerce
bat nuptias cum timore dei
nō intrauit ad uxorem vsq̄
ad diem tertium. Lixobie. ix**

**Eleazarus noluit ventra co
medere sed tormentatus ait**

**Domine propter timorem tu
um libenter hec parior. scđi.**

**Uachabe. vi. Timor dei
causa est quod homo bene ope
ret et diligat deum. ideo voluit
dominus filiis israhel timor**

**rem incurere et legem cum to
nitruis et igne dare. Exo. xx.**

**Post transitu maris rubri
populus timuit dñm et credidit
deo et moysi suo eius. Exo.**

**xiiij. Abdias dispensator do
mus achab. quod dñm timebat
abscondit prophetas et pavit
eos cum iezabel volebat eos
occidere. iij. Regum. xvij.**

**ca. Josaphat docuit iudices
vt timor dei esset inter eos si**

vellent bene regere populum
 ij. Paralipomenon .xxviiij.
 Plus timens deum thobias
 q̄ regem rapiebat corpa oc-
 cisoꝝ ⁊ sepeliebat ea Thobie
 .ij. capitulo. Judith vidua
 quia timebat deum sic opera-
 batur vt nullus loqueret de
 ea malum verbum. Judith
 octauo capitulo. Inter alia
 quibus commendabat iob.
 q̄ esset bonus ⁊ iustus est ti-
 mor domini. Job primo ca-
 pitulo. Viri timorati sepelierunt ste-
 phanum quod est opus mise-
 ricordie Actuum .viij. capi.
 De conuersione corneliꝝ deũ
 timentis dixit petrus. in om-
 ni gente que timent deũ ope-
 ratur iusticiam Actuum deci-
 mo. Timorem domini nõ
 habentes grauitex puniunt.
 Nam homines quos misit
 rex babilonis ad habitandã
 samariam non timuerunt de-
 um ⁊ misit deus leones qui
 interfecerunt eos .iiij. Regũ
 xvj. Jonas qui deũ nõ timu-
 it tempestatem meruit quod
 naute videntes timuerũt de

um Jone. j. Ob hanc causaz
 dicit dominus. Timete eum
 qui potest corpus ⁊ animam
 pdere in gehennam. Mathe
 x. Si tam grauitex punitus
 est feruus qui non multipli-
 cauit talentum quid fiet de il-
 lis qui uiuendo omnia laru-
 nose omnia bona dissipauer-
 unt Mathe. xv. Valde gra-
 uiter puniuntur illi qui opa
 iniquitatis ppetrauerunt de-
 um nõ timẽtes ex quo sic pu-
 niunt qui opa pietatis ⁊ mi-
 sericordie nõ fecerunt. Ma-
 the. xv.

De timore maloz de bois

Scientes ad
 eẽ pugnatõũ

Timẽt ma-
 li bonos

pñiam
 Videntes in-
 esse punitõis
 sententiam

Timent mali bonos
 qz sciunt deum esse
 cum ei sz p eis pu-
 gnare Jd dixit abimelech ad
 abrahã. dñs tecũ ẽ in oibz q̄
 agsi iura ne noceas in Ge. xx

Egyptij insequentes filios
israhel dixerunt. fugiamus
israhel. dominus em̄ pugnat
p̄ eis p̄ra nos. Exod. xiiij.
Gidēs saul q̄ dominus eēt
cum dauid cepit timere euz.
pri. Regum. xiiij. Herodes
metuebat iohannem sciens
eum esse iustum ⁊ sanctum ⁊
dei amicū Mar. vi. Timent
mali bonos p̄pter vindictaz
⁊ vltiones quas vidēt fieri
ab ipsis vel a deo p̄ eis. Nā
princeps quinquagenarius
qui tercio venit ad helyā re-
uerter locutus ē ei qd̄ non
fecerunt alij duo ideo fuerūt
ab igne p̄sumpti. iij. Regū
j. Cum completus esset mu-
rus hierusalēz timuerūt oēs
gentes p̄ circuitum. Nee. vi
Cecidit timor iude ⁊ fratru
eius p̄pter eoz̄ victorias su-
per omnes gentes ⁊ puenit
ad regem. j. Machabeoz. iij
Audierūt aduersarij que o-
peratus ē ionathas in bello
⁊ timuerūt. pri. Machab. x.
Postq̄ lysias fuit debellat⁹
a iuda voluit pacez facere cū

eo pmittens omnia se factu-
rum. pri. Machab. xi. Post
terribilem mortem ananie ⁊
saphire erāt discipuli in por-
ticu salomons. ceteroz̄ autē
nemo audebat se cōiungere
illis. sed honorabat eos po-
pulus. Actū. v. Facto ter-
remotu paulo ⁊ sila existenti-
bus in carcere. custos carce-
ris tremēs cecidit. Act. xvi.

De tyrānoz̄ nequicia

Cū nitunt̄ extri-
pare excellentes
eos deprimēdo.
Veniunt̄ se a-
mare subiacētē
mtra pmittēdo.
Dlectāt lacera-
re imponētē eos
occidendo
Persequūt̄ eos
clare corrigētē
penas inferēdo.
Amplectunt̄ de-
linquētē malos
iustos affligēdo.
Illabūt tormē-
tare innocentes
pena in mal̄ p̄placēdo

Tyrānoz̄
nequicia
apparet

pena in mal̄ p̄placēdo

Frannoꝝ nequicia
est quia mitunt eos
quos regnare ⁊ pro
sperare timēt deijcere ⁊ depri
mere Ideo pharaovarias vi
as inuenit vt possit extingue
re filios israhel omnes affli
gendo laboribꝫ ⁊ pueros eo
rum submergendo Exodi p̄.
Abimelech filius gedeonis
vt solus dominaret. lxx. fra
tres interfecit Iudicum. ix.
Post multa beneficia a da
uid recepta saul querebat eū
ad mortem. ⁊ occasione illiꝫ
occidit octogintaquinqꝫ sa
cerdotes primi Regum. xxij

Tyranni p̄ditores sunt ⁊
nō seruant ea que p̄mittunt
Nam pharao multa Moyfi
nequiter promisit que postea
nō seruauit. sed in p̄trarium
venit Exodi. vj. vij. ⁊. viij.
Nequiter ⁊ p̄ditorie triphon
occidit ionathan ⁊ duos fili
os primi Machabeoꝝ. xij.
Herodes se simulans adora
re christum quem volebat oc
cidere ⁊ occasione illius occi
dit omnes pueros qui erant

in bethleem ⁊ in omnibus fi
nibus eius Mathei secundo

Tyranni delectant in cru
delitate. nam septuaginta re
gibus amputatis manuum
⁊ pedum summitatibus faci
ebat ad omibꝫ colligere re
liquias ciborum sub mensa
sua Iudicum primo capitu
lo. Manasses rex iuda effu
dit sanguinem innocentem.
⁊ impleuit iherusalem cruo
re occisorum innocentiu. iij.
Regum vicefimoprimo ca.
Quamuis habitatores vrbi
um erent honorare holoser
nis ferocitatem. inde tamen
ipsam non mutauerunt. Ju
dith. iij. capitulo Aman ma
gis crudeliter p̄curauit om
nes iudos occidi q̄ soli mar
docheo parcere Hester terco
capitulo. Nabucho donosor
rex fecit occidi filios zedechie
in oculis eius. ⁊ eum postea
e ce. xxi. Iheremie tricesimo
nono capit. I em nabucho
donosor rex crudeliter fecit so
cios danielis mitti in forna
cem Danielis. iij. capitulo

Effusio sanguinis ⁊ multa
alia mala legunt de anthio/
cho. primi Machabeoz. pri.
Comprehensum anthiochū
⁊ lyziam noluit videre deme
trius sed iussit eos occidi. j.
Machabe. vi. Numiam cru/
delitate fecerūt tyranni missi
ab anthiocho in cleazarum ⁊
septem fratres. ij. Macha.
vi. ⁊ vij. Tyrannozū ini/
quitas est occidere repressen
dentes ⁊ corrigentes eorum
vicia. nam p̄cepit hieroboā
comprehendi virum qui ar/
guebat eum. iij. Reguz. xij.
Achab fecit poni michaz in
carcerem ⁊ sustentari pane ⁊
aqua quia eum arguebat. iij.
Regum. xij. Sennachrib
p̄cussus propter suam super
biam ⁊ blasphemiam iratus
multos occidit. Tobie. pri
mo cap. Tyranni bonos
opprimūt ⁊ malos absoluūt
nam iezabel fecit heliaz que/
rere ad mortem ⁊ prophetas
baal saluare quos tamen he
liaz occidit. iij. Regum. xij.
Naboth bonus fuit lapida

tus procurate iezabel. sed nō
falsi testes qui fuerunt pra
eum. iij. Regum. xxi. Anthi
ochus menelaum sacrilegū
accusatum absoluit ⁊ accusa
tores oppressit ⁊ occidit. se/
cundi Machabeoz quarto.

Tyranni ad petitionem
malozum opprimunt bonos
vt malis complacent. nam
ad petitionem principū pre/
cepit zedechias hieremiam
incarcerari. Dicie. xxxvij.
Anthiochus rogatus ⁊ ap/
preciatus a menelao occidit
onyam summum sacerdotē
ij. Machabeozum. iij. capi.
Herodes iohannem bapri/
stam virum iustum ad peti/
tionem saltatricis decollari
fecit. Marci. vi. Pilatus in
christo causam nō inueniēs
mortis ad petitionem sacer
dorum illum flagellauit ⁊ oc
cidit. Matxi. xvij. capitu.
Occidit herodes iacobum ⁊
vidēs q̄ placeret iudeis pe
trum incarcerationi. Actuum.
xij. Ad petitionem questua/
riozum magistratus fecerūt

paulum ⁊ silam flagellari.
Actuum. xvj. ca.

De tribulatione ⁊
eius effectibus

Patientes cō
fortare addu/
cendo solatio
nes.

Deliquentes
demonstrare oñ
tendo deuari
onem

Penitentes a
mimare indu/
cendo ad pri
tionem

Sustinentes
exorare remo
uendo indig/
nationem

Promerētes
coronare pse/
rendo premia/
tionem

Tribulatio
ms effectus
sunt.

Tribulatio es patien
ter portantes sequi
tur solatio ⁊ p spe/
ritas. Nam ioseph in exilio
creuit ⁊ prosperatus est plus q̄

si fuisset inter fratres suos in
domo Genesis. xj. Quanto
plus pharao filios israel af
fligebat tanto plus multipli
cabantur ⁊ crescebāt. Exo. i.
Beliam persecutum a ieabel
angelus confortauit. panem ⁊
aquam preparando quotidie.
ij. Regum. xvij. Excecatur
⁊ tersum iacobiam dominus
multipliciter consolatus est
Iacob. ij. Job sustinuit tri
bulationes in rebus quibus
fuit spoliatus in filijs in qui
bus orbat. in corpore in quo
flagellatus. ⁊ in anima verbis
uxoris ⁊ amicorū iniuriatus
Et q̄ hec omnia portauit pa
tienter a deo recepit multas
solationes. Job p totum.
Ezechiel in medio captiuorū
vidit mirabiles visiones v/
bi fuit multipliciter solatio.
Ezechielis. i. ⁊ quasi p totū
Pueri in camino ignis rece
perunt angelicā solationem
cum quibz nabuchodonosor
vidit quartum filium dei
vt appareat deū esse cū tribu
latis Danielis. iij. cap.

ꝑ. i.

Tribulationes aliquādo
veniunt ppter peccata homi
num. Ideo tribulari fratres
ioseph dixerunt. merito hec
patimur quia peccauimus in
fratrem nostrum idcirco venit
sup nos tribulatio. Genesis
quadragesimosecundo cap.
Quia post obitum iude ma
chabei surrexerūt iniqui ⁊ pec
catores facta est fames vali
da. primi Machabeorum. ix.

Tribulationes inducunt
homines ad penitentia ⁊ cō
tritionem. Nam filij israel
afflicti a serpentibus dixerūt
peccauimus. Numeri. vice
simoprimo capitu. Videns
dauid tribulationeꝝ propter
peccatum elanom̄is sue hu
militer cognouit culpaz suā
⁊ petijt penitentiam. secundi
Regum. xxiij. Antiochus
dum fuit san? homicida cru
delis fuit. sed p̄cussus peni
tuit ⁊ deum laudauit. secūdi
Macha. ix. Tribulatiōnū
remedium est oratio. Nā in
tempore tribulatiōis clama
uerūt ad te ⁊ exaudisti eos.

Aemie. ix. Et vidit cum tri
bularent ⁊ audiuit oratiōē
eorum. Psal. tricesimoquin
to. Susanna in condemna
tione mortis posita nou ha
bens recursum ad humanuz
adiutorium fletus orauit ⁊ su
spexit in celum. sicut autē a
cambus circumdata in terra
non habet refugium nisi ele
uet se in altum ⁊ volet in al
tum versus celum. Daniel.
decimotercio capitu. Tri
bulationes p̄mittit deus su
stinere bonos a malis vt ip̄e
boni magis increatur Nam
p̄veritate quam hieremias
populo predicabat fuit per
cussus ⁊ incarceratus. Die
remie. tricesimo octauo cap.
Decretū iniquū erat factuz
ab impijs vt oēs trucidarēt
qui sacrificare nolebāt. scđi.
Macha. vi. Natus i mūdo
dñs cito passus est p̄sturas
ab impijs p̄pulsus ē fugere
in egyptum. Mathe. secūdo
Lapidato stephano facta est
p̄secutio i apostolis ⁊ dispi
sunt p̄ vniuersum mundum.

predicando. Actuum. viij. ca.
Post cōuersionem sanctus paulus est passus tribulatio-
nes multas a iudeis. Nam
primo noluit comprehendiz
submissus est in sporta p mu-
rum Actuum. ix. Item pau-
lus et barnabas electi sunt de
finibus p fide excusso pulue-
re de pedibus Actuum. xij. ca-
pitulo. In ciuitate listriepri-
us receperunt honozē. postea
lapidatus est paulus Actu.
xiiij. Occasione puelle cura-
te paulus et filia fuerunt cefir-
in carcerem missi Actuū. xvj
Multas alias tribulatio-
nes et psecutiones eius. require
Actuum apostolorū vsqz ad
finem libri. Ab aduentu spi-
ritus sancti vsqz ad persecutio-
nem iohannis sub domicia-
no fluxerunt anni circiter quī-
quaginta. et in toto tempore
illo iohannes nō habuit tot
et tantas rebelliones nec tan-
tum ecclesie p fuit quantum
quando fuit in exilio et in in-
sula parthmos relegatus Ac-
tuū p rotum.

De veritate que odi-
um parit.

Si de odien-
tibz bona qz
loquatur

Veritas pa-
rit odium

Si delinquentes
quisqz cor-
rigat

Si peruersis
genibz quis
pmisceatur.

Veritas parit odium
quando aliquis di-
cit bonū de inimico
illius cui loquit. Nam ba-
lach rex moab multum tole-
bat quando balaam benedi-
cebat populo israel licet hoc
verum esset. nec eum tantum
honorauerat quantum dece-
uerat honorare. Numeri. xx/
iiij. Iratus est saul ptra Jo-
nathan quia veritatem dice-
bat excusando dauid. i. Re-
gum. xx. Cum veritate dixit
achior de populo israel indi-
gnatus holofernes voluit e-
um occidere Judith. v. cap.

Maledixerunt iudei ceco nato
to ⁊ elecerunt eum quia veri
tatem dicebat de christo. Jo
hannis. ix. Veritas parit
odiu quando reprehendunt
mali ⁊ corrigunt. Ideo io
nathas filius gedeonis fu
git abimelech quando dire
rat veritatem arguendo eum
⁊ eos qui elegerunt eum. Ju
dicum. ix. Achab oderat mi
cheam. pphetam qui dicebat
ei veritatem arguendo eum.
ij. Regum. xxiij. ca. Ad idem
achab oderat heliam tesbite
qui ait ad eum. nunquid in
uenisti me tibi inimicum. iij.
Regum. xxi. Item amasias
oderat pphetam reprehende
tem eum cui respondit. nun
quid psiliarius regis es. ut
pater. ij. Paralip. xxv. capi.
Cum ppheta increpasset re
gez azam iratus rex iussit eum
mitti in carcerem. ij. paralip.
xvi. Selecbias incarcera
uit hieremia quia arguebat
eum ⁊ pphetauit ei veritate
Iheremie. xxx. ⁊. xxxij. cap.
Quia iohannes baptista ar

guebat herodem p veritate
est iussus incarcerari ⁊ decol
lari. Marci. vi. ⁊ Mathei. x
iiij. Odiebant pharisei veri
tatem christi loquentis ⁊ re
phendentis hypocritas. Lu
ce. ix. Veritas parit odium
in malis hominibus ppter
eorum pueritatem. Na qm
hieremias predicabat verita
tem missus est a peruersis in
lacum ubi non erat aqua.
Hieremie. xxxv. Ex vrbis
veris eleazari i ira verbi sunt
impij qui in eum fuerat miti
ores. ij. Machabeorum. vi.
Pro eo q ondit daniel bel
⁊ dracones non ee deos mis
sus e a pueris inter leones
Danielis. xij. Principes sa
cerdotum cesis apostolis de
nunciauerunt ne in nomine
iesu veritatem loquerentur
Actuum. v. Audientes pha
risei ⁊ iudei verba stephani
dissecabant cordibus ⁊ stru
debant dentibus in eum. Act.
vi. Multos aduersarios ha
buit paulus p veritate qua
predicabat. Actuum. ix. ca.

et deinceps quasi per totum.

Deumitate et cōcor
dia et sensu.

Deo placabi
lis atq; grōsa
Malis odibi
lis bonis pre
ciosa

Unitas et
concordia est. In bellis ter
ribilis atq; vi
croiosa

Prælati eli
gibilis et fructuosa
Evita pfecti
bilis atq; re
ligiosa.

Unitas multum pla
cet deo. et sibi pluri
mum gratiosa est. De
deo ex vno homine voluit hu
manum genus exire ad ostē
dendum quantum sit ei gra
ta unitas in pluribus. Unde
beatus augustinus. Creare
voluit vnum vnde multitu
do propagaretur vt hac vni
one unitas in multis ppaga
ta pseruaretur Genesis pri.

Uniti debent esse homines
ad bonum et non ad malum
vnde populus israel vnitus
fuit ad recipiendum legem.
Exodi. xix. Auditis verbis
legis a moyse respondit cūc
tus populus vna voce. Cū
cta que locutus est dominus
faciemus Exodi. xxiij. cap.
Ad fabricandum templum
et vestes sacras ministroz
obtulit populus vnamiter
necessaria. Exodi. xxxij. cap.
Congregatus omnis popu
lus israel quasi vir vnus ad
placatum dixerunt esdre vt
afferret librum legis. Hæc.
viij. Cum expo sūiss; achioz
verba holofernis omnis po
pulus cum lamentatione et
fletu preces domino effunde
runt. Judith. vi. Uniti et
non diuisi debent esse homi
nes in bello temporali et spi
rituali. Nam pgregatus est
ōnis israel quasi vir vnus
ad preliandum et vindicādū
flagitium als stuprum vro
ris leuite Judicum. xx. cap.
Egressi sunt ones quasi vir
y. iij

vnus ad succurrendum fra-
tribus i tabes galaad. primi
Regum. xi. Vni debent
esse clerici ⁊ seculares in ele-
ctionibz. Ideo venerūt vni-
uerse tribus israel ad dauid
in ebron vt vngerent eum in
regem israel. ij. Regum. v.
Post mortē iude cōgregati
sunt vnanimiter oēs iudei ⁊
dixerunt ionatx te elegimus
esse hodie nobis in principē
primi. Nachabeoruz. nono.

Vni ⁊ vnanimiter debēt
esse religiosi ⁊ apostolici viri.
Ideo post ascēsiōnē domini
omnes discipuli erant vna-
nimitē in oratione sic inue-
nit eos. Spiritus sanctus. Act.
tuum. primo. Omnes qui
credebant erāt simul pariter
⁊ habebant omnia cōmunia.
Actuum secundo capi. Pu-
nitis anania ⁊ saphira fact⁹
est timor in ecclesia et erant
omnes vnanimiter in porticu
salomonis. Act. v.

De voto ⁊ eius
obseruatione

Votum ⁊
eius obser-
uantiam

Repletio tōz
mētorum ha-
bet reficere

Discretio vo-
uentorum hz
afficere

Impletio p-
missorum ha-
bet pficere

Orum debent voue-
re tribulationibus
oppressi vt a tribu-
lationibus liberentur. Nam
iacob fugiens psecutionem
fratris votum vouit dicens.
si dominus mecum fuerit in
via illa. Genesis. vicesimo
octauo capitulo. Debellato
israel ⁊ ablato ab eo preda-
votum vouit domio ⁊ postea
victor fuit. Iudici. vicesimo
primo. Viri qui erant i nau-
cum iona tempore tēpestatis
timētes imolauerūt hostias
⁊ vouerunt votum domino.
Ione. j. Antiochus postq̄
peccatus fuit a dño plaga in-
sanabilis vouit se mirabilia fa-
cere. ij. Nachabeoruz. ij. ca.

Clotum indiscretū non de
bet homo facere et si fecerit nō
debet seruare. Talerorū fecit
tepre qñ promisit immolare
qđ primo sibi occurzeret Ju
dici. xj. Pro indiscreti et ma
la causa vult absalon volēs
rebellare patri suo. ij. Re. xv
Crudelez impiū votū fece
runt iudei dicentes. deuorōe
deuouemus nihil gustare do
nec occidamus paulum Ac
tuū. xxij. Clotū facien
tes debe nrorum reddere. I
do ana que vult p filio ob
tinendo statim qñ filium ob
tinuit votum adimpleuit. j.
Regum. j. Letatus est popu
lus cum votū pmitteret spon
te. quia toto corde que voue
rat obrulit in domum domi
ni auz et argentum vt osten
datur qđ vota patz debent red
dere filij et heredes. ij. Para
lipom. xxj. Rex artaxerxes
precepit esdre et populo vt fi
erent munera que pmiserat
dño. j. Esdre. viij. Dispopu
lus post victoriā de holofer
ne venit in iherusalem et obru

lerunt holocausta et vota su a
Judith. xvj. Heliodorus fla
gellatus et per orōnem sana
tus hostias oblati votis red
didit. ij. Machabeorum. iij.

De zelo bono ptra
peccatores

Bonus ze
lus est
Acriter argue
re palam deli
quentes
Grauiter irru
ere in transgre
dientes

Plus bonū ē argue
re acriter delinquent
es et publice. Nam vi
dens neccias onera portan
tes et vxores ducentes alieni
genas obiurgauit eos. Ace.
rij. capitulo. Confidenter ar
guit helias pfidentē pplum et
pphetas baal iussit occidi. iij.
Reg. xvij. Miro zelo ferue
bat iohānes baptista dicēs.
gemmina viperaz quis oñt
vobis et Math. iij. Luc. iij.
Et in arguēdo herodē dicēs

Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Mathe. xiiij. ca. Dure increpauit dominus scribas et phariseos pluries dicens. de vobis scribe et pharisei. Mathe. vicesimo tertio Ex ardenti zelo stephanus arguebat iudeos dicens. dure cervicis et cetera. Actuum viij. ca. Paulus cum furore reprehendit helymam magum quando dixit. o plene omni dolo et fallacia. Actuum. xiiij. Bonus zelus est etiam vlcisci acriter iniuriarum dei. ideo filij iacob seuerunt ob stuprum digne oppresse et acriter sicchez punierunt. Genesis tricesimo quarto capitulo. Moyse sitatus pro vitulo facto a populo tabulas confregit et populum arguit et grauer puniuit. Exodi tricesimo secundo capitulo. Vultum placuit deo zelus quem habuit phinees quando transfodit adulterantes. Numeri. vicesimo quinto capi. Precepit ioseph achior lapidari et comburi suppellectilem. quia tu

lerat de anathemate hiericho Iosue septimo capitu. Grauer vindicauerunt filij israel scelus perpetratum in uxorem leuite. Iudicum vicesimo capitulo. Licet iehu rex israel malus fuerit. tamen laudatur quando domum achan destruxit et aram baal destruxit. quarti Regum decimo capitulo. Magnus erat zelus mathathie qui trucidauit hominem videlicet iudeum et uuncium regis super aram. primi Machabeorum. secundo capitulo. Pluries electi dominus de templo facto flagello de fimbriis. Iohannis secundo et Luce decimonono capitu. Grandi zelo accensus est petrus in ananiam et saphiram. Actuum quinto.

De zelo
indiscreto.

zelus est in
discretus cū
pcedit

Non ex letici
a charitatis .
sed ex inuiden
tia.

Non ex iusti
cia equitatis .
sed ex displi
centia

Non ex amici
cia unitatis

Non ex prouisi
dennia

Elus indiscretus ē
quando non ex cari
tate . sed ex inuidia
mouetur Sicut iosueuidēs
duos viros prophetizantes
in castris . voluit q̄ moyses
prohiberet eos Numeri vn
decimo capitulo. Vale zela
bant iudei ⁊ pharisei pro ob
seruatione sabbati . quando
ex inuidia arguebant christū
sabbato curare egros Mat
thæi duodecimo . Luce deci
motercio. Ideo beatus iohā
nes euangelista phibuit quē
dam efficiētem demonia . qz
nō sequebatur christum. Lu

ce. ix. capitulo. Indiscre
tus zelus malus est quando
correctio non procedit ex cari
tate. sed ex ira vel inuidia Si
cut abisay qui voluit ampu
tare caput semey maledicen
tis dauid. sed dauid non per
misit. secundi Regum deci
moserto. Jonas iratus pro
pter ederam desiccata. vo
lebat q̄ deus destrueret nini
uen ciuitatem. Jone quarto
Iacobus ⁊ Iohannes irati
quia nunciū domini non fue
runt recepti . volebant q̄ ig
nis de celo descenderet ⁊ con
sumeret omnes non recipiē
tes . sed christus reprehendit
eos Luce nono. Arguit chri
stus petrus quia amputauit
auriculam seruo. quia non e
rat tempus vindicte sed pati
entie Mathei vicesimoserto
Repleti sunt iudei zelo con
tra paulum ⁊ barnabam. Ac
tuum decimotercio capitulo
Indiscretus zelus est q̄
nō est ordinatus amor ad
personam vel filios seu etiā
ritum. Filij namq̄ propheta

rum faciebant queri heliam
in aliquo monte vel in valle
cum tamen dominus eum af-
sumpserit. quarti Regum.
secundo capitulo. Cum domi-
nus diceret se passurum a iu-
deis. petrus increpauit eum
dicēs. absit hoc a te. Math.
decimosexto capitulo. Pha-
risei plus zelabant detractio-
nibus suis q̄ diuinis man-
datis Mathi decimoquinto
capitlo. Emulator erat pau-
lus apostolus paternarū tra-
ditionū quando accepit epi-
stolas vt perseceretur chri-
stianos. Actuz. ix.

Figurarum biblie fructus
osum ⁊ vtile compendium.
quod aureum biblie reperto-
rum nominant Explicat fel-
liciter.



II B 19

